**C** Format rōnem ecōuerso vt sit ꝫbatio ostensua. ꝫ dicit ꝫ possumus ecōuerso dicere ꝫ tēpus est finitum: ex quo celū reuolutū est: sicut ad sensum ꝫ: consequens est ꝫ magnitudo que eē pertransita: sit finita: manifestum est aut ꝫ spatiū pertransituz est equale ipsi corpꝫi ꝫ trāsēunt. Sequit ergo corpus qd circulariter mouet eē finitū. sic ergo epilogaꝫo ꝫcludit manifestū eē ꝫ corpus qd circulariter mouet: nō ē interminatū. i. carēs termino:

44

Co. 41.

Co. 42.

Co. 43.

Co. 45.



quasi figuratū. et p̄sequens nō est infinitū: sed h̄z finem.

44. **C** Sed adhuc: neq; quod ad medium: neq; quod a medio fertur: infinitū erit. **C** Le. XII.



Ostēdit p̄b̄s ostēdit q̄ corpus circulariter motum nō est infinitū: hic ostendit idem de corpore qd̄ mouet̄ motu recto: vel a medio: vel ad medium. Et p̄mo p̄ponit qd̄ itēdit dicens q̄ sicut corpus qd̄ circulariter fertur: nō p̄t esse infinitū. ita corpus quod fert̄ motu recto: vel a medio vel ad mediū non p̄t eē infinitū. Secūda ibi.

**C** Contrarie enim lationes: q̄ sursum: et q̄ deorsum. Contrarie autem ad contraria loca. **C** Contrariorum autem si alterum determinatum est: et alterum determinatum erit. **C** Medius autem determinatum est: si enim vnde cūq; feratur deorsum quod substat: non contingit pertransire longius medio loco. **C** Determinato igitur medio loco: et eum qui sursum locum necesse determinatum esse. Si autem loca determinata sunt et finita: et corpora erūt finita.

**C** Ostendit p̄positū. et p̄mo ex parte locorū q̄ sunt huiusmodi corporibus p̄p̄ia. sc̄do ex parte grauitatis et leuitatis per que h̄z corpora in p̄p̄ia loca mouent̄. Ibi. Et adhuc si grauitas et leuitas. Circa p̄m̄z duo facit. p̄mo ostendit p̄positū quātū ad extrema corpora: quorū vnum est simpliciter graue. s. terra: et aliud simpliciter leue. s. ignis. sc̄do q̄stuz ad corpora medio modo se habētia q̄ sunt aer et aqua ibi. Adhuc si sursum et deorsum. **C** Proponit ergo primo q̄ huiusmodi motus qui sunt sursum et deorsum: vel a medio: et ad medium: sunt motus contrarij. contrarij autem motus locales sunt: qui sunt ad loca contraria: vt supra dictuz est. et est ostensum in. 5. p̄p̄icorū. relinquitur ergo q̄ loca p̄p̄ia in que feruntur huiusmodi corpora sint contraria.

Ex hoc ergo statim concludere posset huiusmodi loca eē determinata. contraria. n. sunt que maxime distant. maxima vō distātia locorum: nō p̄t esse nisi sint loca determinata. qz maxima distātia est: qua nō est alia maior. infinitis autē semp̄ est maiorem ac maiorem distātiam accipere. vnde si loca essent infinita: cessaret locorum contrarietas: sed Arist. p̄termissa hac p̄batione tanquā manifesta p̄cedit per alium modum. verum est enim q̄ si vnū contrariorum est determinatum: q̄ reliquū erit determinatum: eo q̄ contraria sunt vnus generis. medium autem mūdi qd̄ est medius terminus motus deorsum est determinatum. Ex quacūq; n. parte celi aliqd̄ feratur sursum qd̄. s. substat superiori parti: que est versus celum: non cōtinget longius p̄trāsire recedēdū a celo: q̄ q̄ p̄ueniat ad medium. Jam enim fieret propinquius celo. et sic moueretur sursum. sic igitur p̄ q̄ medius locus est determinatus: patet etiam ex p̄dictis q̄ determinato medio qd̄ est locus deorsum: necesse est et determinatum esse locum qui est sursum: cum sint contraria: si autēz ambo loca sint determinata et finita: necesse est q̄ corpora que sunt nata eē in his locis: sint finita. Unde p̄ huiusmodi corpora extrema que mouentur motu recto esse finita. **C** Deinde cum dicit.

45. **C** Adhuc si sursum et deorsum determinata sunt. et intermedium necesse determinatū esse. Si. n. non est determinatū: infinitus vtiq; erit motus: hoc autēz q̄ impossibile: ostensum est prius. **C** Determinatū est igitur mediū. Quare et quod in hoc corpus: aut existens: aut fieri

possibile.

**C** Ostendit idem q̄stuz ad media corpora. et p̄mo p̄ponit quandam p̄ditionalem. s. q̄ si sursum et deorsum sunt determinata. necesse est q̄ locus iter medius sit determinatus. et hoc p̄bat duplici ratiōe: quaz p̄ma est. Si p̄mis existentibus determinatis. mediū nō sit determinatum: sequitur q̄ motus q̄ est ab vno extremo in aliud sit infinitus: vtpote medio existēte infinito: q̄ aut hoc sit impossibile ostensum est prius in his que dicta sunt de motu circulari: vnde ostensuz est q̄ motus qui ē per infinitū: non p̄t compleri. sic ergo p̄ q̄ locus medius est determinatus. et ita cū locatum p̄mensuref̄ loco: p̄sequens est q̄ corpus sit finitum: qd̄ actu existit in hoc loco: vel quod potest ibi existere. **C** Secundam rationem ponit ibi.

**C** Sed et adhuc quod sursum et deorsum fertur: potest in hoc factū esse: natū est. n. hoc quidē a medio moueri. hoc autem ad medium.

**C** Ex his itaq; manifestū q̄ non contingit corpus esse infinitū. **C** 6. 46.

**C** Que talis est. Corpus qd̄ fertur sursum p̄t peruenire ad hoc q̄ sit factum existens in loco tali. Quod qdem p̄ per hoc q̄ tale corpus natum est moueri a medio: vel ad mediū. i. habet naturalē inclinationem ad hunc vel illum locū. Naturalis autē inclinatio nō p̄t esse frustra. qz deus et natura nihil faciūt frustra: vt habituz est. Sic igitur oē qd̄ mouetur naturaliter sursum vel deorsum: potest motus eius determinari ad hoc q̄ sit sursum: vel deorsum. Sed hoc non posset esse: si locus medius esset infinitus. est ergo locus medius finitus: et corpus in eo existens finitū. Ex p̄missis epilogando concludit manifestum esse: q̄ non contingit aliquod corpus esse infinitum. **C** Deinde cum dicit.

**C** Et adhuc si grauitas non est infinita: neq; vtiq; horū et corporū nullū erit infinitū. Necesse. n. infiniti corporis infinitā esse et grauitatē. eadez autē ratio erit et in leui. Si. n. est infinita grauitas: et leuitas si infinitū sit quod superf̄.

**C** Ostendit non esse corpus graue: vel leue infinitū: ratione sumpta ex grauitate: vel leuitate: que talis est. Si ē corpus graue vel leue infinitum: necesse est q̄ sit grauitas vel leuitas infinita: sed hoc est impossibile. ergo et ipsum ex quo sequitur. Circa hoc duo facit. p̄mo p̄bat p̄ditionalem. sc̄do p̄bat destructionem consequentis Ibi. Sed adhuc quoniam infinitam et leuitatem. Circa p̄m̄z duo facit. primo p̄ponit quod intendit dicens: si non est grauitas infinita: nullum erit corporum horum. s. grauium infinitum. et hoc idē qz necesse est infiniti corporis infinitam esse grauitatem. Et eadem ratio est de corpore leui. qz si infinita est grauitas corporis grauis: necesse est q̄ etiam leuitas corporis leuis sit infinita. si supponatur corpus leue quod sursum fertur esse infinitum. Secūda ibi.

**C** Palam autem ex his. Sit enim finita: et sumatur infinitū quidem corpus: in quo. a. b. grauitas autem ipsius in quo. g. Auferatur igitur ab infinito finita magnitudo in qua. b. d. et grauitas eius sit in quo est. e. itaq; e. eo qd̄ g. minus erit. Adinoris. n. grauitas minor. mēsuretur aut minus quotienscūq; et vt grauitas minor ad maiore. b. d. ad. b. 3. fiat: contingit. n. auferri ab infinito quantūcūq;. Si igitur proportionaliter magnitudines grauitati



bus. Minor autem gravitas minoris est magnitudinis. et maior maioris utique erit: equalis igitur erit finiti et infiniti gravitas.

¶ Probat quod supposuerat. et primo proponit probationem. secundo excludit obiectiones quasdam ibi. Nihil autem differt etc. Ponit ergo primo rationem ducentem ad impossibile que talis est. Si non est verum quod supra dictum est: supponatur quod corporis infiniti sit gravitas finita. et sit corpus infinitum. a. b. gravitas autem eius finita sit. g. a corpore igitur infinito predicto auferatur aliqua pars eius finita: que est magnitudo. b. d. quam necesse est esse multo minorem toto corpore infinito. Minoris autem corporis minor est gravitas. sit ergo gravitas corporis. b. d. quod est pars finita ablata a corpore infinito cuius gravitas est minor quam sit gravitas. g. que est gravitas totius corporis infiniti. et sit ista minor gravitas. e. hec autem minor gravitas. s. e. mensuret maiorem gravitatem finitam que est. g. quotienscunq; i. secundum quemcunq; numerum: puta secundum tria: ut scilicet dicatur quod. e. est tertia pars totius. g. accipiatur autem a corpore infinito aliqua pars que superaddatur corpori finito. b. d. secundum proportionem qua. g. excedit. e. et hoc corpus excedens sit. b. z. ita. s. sicut gravitas minor que est. e. se habet ad maiorem que est. g. Ita corpus. b. d. se habet ad. b. z. et hoc fieri possit probat. quia a corpore infinito potest auferri quantumcunq; oportuerit: eo quod sicut dicitur in. 3. physicorum. infinitum est: cuius quantitatem accipientibus: semper est aliquid extra accipere. His igitur presuppositis arguitur ducendo ad tria inconuenientia. primo quidem sic. Eadem est proportio magnitudinum grauium: que est ipsarum grauitatum. Videmus enim quod minor gravitas est minoris magnitudinis. et maior maioris: sed que est proportio e. ad. g. minoris scilicet grauitatis ad maiorem: eadem est proportio. b. d. ad. b. z. minoris scilicet corporis ad maius: ut suppositum est. Cum igitur. e. sit gravitas corporis. b. d. sequitur quod. g. sit gravitas corporis. b. z. Supponebatur autem quod esset gravitas totius corporis infiniti. ergo equalis numero eadem erit gravitas corporis finiti et infiniti. quod est inconueniens. quia sequeretur quod totum residuum corporis infiniti. nihil habeat grauitatis. ergo et primum est impossibile scilicet quod corporis infiniti sit gravitas finita. Secundo Ibi.

¶ Adhuc autem si maioris corporis: maior gravitas eius quod est. i. b. maior erit grauitas quare. z. b. Quare finiti grauitas erit maior quam infiniti.

¶ Ducit ad aliud inconueniens. quia enim a corpore infinito potest accipi quantumcunq; quis voluerit: ut dictum est: accipiatur adhuc aliqua pars corporis infiniti que superaddatur corpori. b. z. et sit vnum corpus. b. i. finitum maius corpore finito: quod est. b. z. maioris autem corporis: maior est gravitas: ut supra dictum est. ergo grauitas corporis. b. i. est maior quam grauitas corporis. b. z. sed primo supponebatur quod. g. erat gravitas totius corporis infiniti. ergo grauitas corporis finiti erit maior quam grauitas corporis infiniti: quod est impossibile. ergo et primum. i. quod grauitas corporis infiniti sit finita. Tertio Ibi.

¶ Et inequalium magnitudinum eadem grauitas erit. Inequale. n. finito infinito.

¶ Ducit ad tertium inconueniens scilicet quod inequalium magnitudinum sit eadem grauitas: illud manifeste sequitur ex premissis: quia infinitum est inequale finito: cum sit maius eo. Unde cum hec sint impossibilia: impossibile

est corporis infiniti esse grauitatem finitam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nihil autem differt grauitates commensuratas esse: aut incommensuratas. et enim non commensuratis existentibus: eadem erit ratio puta si in tertio mensurans excedit. g. grauitatem. Ad magnitudinibus enim. b. d. tribus totis sumptis: maior erit grauitas quam que in quo. g. Quare idem erit impossibile.

¶ Excludit duas obiectiones contra premissas rationem. primo primam. Secundo secundam Ibi. Nec utique magnitudinem etc. prima autem obiectio est. quia supposuerat in precedenti ratione quod grauitas minor que est e. mensuret secundum aliquem numerum grauitatem maiorem que est. g. quod quidem aliquis posset negare. non. n. omne maius mensuratur a minori. quia linea trium palmarum non mensurat lineam octo palmarum: hanc autem obiectionem excludit philosophus dupliciter. primo quidem quia nihil differt ad propositum. vtrum due predictae grauitates scilicet maior et minor sint commensurate: sic scilicet quod minor maiorem mensuret: vel quod sint incommensurate: sic scilicet quod minor maiorem non mensuret. eadem enim ratio sequitur vtroque. Necessesse est enim quod minus aliquotiens sumptum: aut mensuret maius: aut excedat ipsum: sicut binarius: ter sumptus mensurat senarium. ter enim duo sunt. vi. quinarium autem non mensurat: sed excedit: sic igitur si grauitas. e. non mensuret grauitatem. g. sit ita quod ter sumpta mensuret quandam maiorem grauitatem. que excedit grauitatem. g. et ex hoc sumitur inconueniens sicut prius. quod si assumpserimus ex corpore infinito tres magnitudines secundum quantitatem b. d. magnitudinis ex his tribus compositae: erit tripla grauitas grauitatis. e. que ponitur esse grauitas corporis. b. d. grauitas autem tripla ad. e. est maior secundum predicta: quam grauitas. g. que est grauitas corporis infiniti: quare sequitur idem impossibile quod prius: scilicet quod maior sit grauitas corporis finiti quam infiniti. Secundo Ibi.

¶ Adhuc autem etiam contingit commensuratas sumere. Nihil enim differt incipere a grauitate: aut a magnitudine: puta si sumatur commensurata grauitas ei quod est. g. ei quod est. e. et ab infinito auferatur habens grauitatem in quo. e. puta. d. b. Deinde ut grauitas ad grauitatem. b. d. ad aliam fiat magnitudinem: puta ad. b. z. Contingit enim infinita existente magnitudine quantumcunq; ablatum esse. His enim sumptis: commensurate erunt magnitudines et grauitates inuicem.

¶ Excludit eadem obiectionem modo: et dicit quod possumus sumere in demonstratione predicta: quod due grauitates sint commensurate. ita. s. quod. e. commensuret. g. supra. n. primo sumpta est magnitudinis pars. s. b. d. cuius grauitatem diximus esse. e. Et ideo dici poterat quod. e. non mensurat. g. nihil autem differt ad propositum vtrum incipiamus a grauitate accipiendo partem eius quamcunq; volumus: aut a magnitudine sic sumpta: puta si incipiendo a grauitate sumatur quidam pars eius. s. e. que mensuret totum. s. g. et consequenter ab infinito corpore accipiamus aliquam partem. s. b. d. cuius grauitas sit. e. et deinde procedamus: ut supra. s. sicut se habet grauitas e. ad grauitatem. g. ita se habeat magnitudo. b. d. ad aliam magnitudinem maiorem:

Co.  
48.

Co.  
49.

Co.  
50.



que est. b. 3. et hoc ideo quod ex quo magnitudo totius corporis est infinita: contingit auferri ex ea quicquid placuerit. hoc igitur modo sumptis partibus gravitatis et magnitudinis: sequitur quod magnitudines et gravitates erunt invicem commensurate. ita. scilicet quod minor gravitas mensurabit maiorem. et similiter minor magnitudo maiorem. **C** Deinde cum dicit.

50. **C** Nec utique magnitudinem omnimeram esse aut anomimeram nihil differret ad demonstrationem. Semper enim erit sumere equaliter gravia corpora ei quod est. b. d. ab infinito quacumque aut auferentes aut apponentes. Quia propter manifestum ex dictis quoniam non erit infiniti corporis finita gravitas. Infinita igitur si igitur hoc impossibile et infinitum aliquod esse corpus impossibile.

**C** Excludit secundam obiectionem. supposuerat. n. esse magnitudines proportionales gravitatibus. quod quidem necesse est in corpore similium partium. cum. n. sit vnicuique per totum similis gravitatis. necesse est quod in maiori parte sit maior gravitas. sed in corpore dissimilium partium hoc non est necesse. quod potest esse quod gravitas minoris partis excedat gravitatem maioris. sicut minor pars terre est gravius maiori parte aque. Hanc ergo obiectionem excludit dicens. quod nihil differt ad demonstrationem premissam utrum magnitudo infinita: de qua loquimur quicquid ad gravitatem sit omnimeram vel homogeniam. i. similium partium vel etherogeniam. i. dissimilium partium. quia a corpore infinito possumus sumere quicquid voluerimus. vel apponere vel subtrahere. Ita quod accipiamus aliquas partes habere equalem gravitatem parti primo sumptis. scilicet b. d. siue ille partes posterius assumptis sint maiores in magnitudine: siue minores. Si ergo primo acciperemus quod b. d. sit tricubitum: habens gravitatem e. et accipiamus alias multas partes: puta decem cubitorum habentes equales gravitatem: idem erit ac si sumeretur alia pars equalis: habens equalem gravitatem. sic igitur sequitur idem inconueniens. Premissa igitur demonstratio: et exclusis obiectionibus: concludit ex dictis quod infiniti corporis non potest esse finita gravitas. Relinquitur ergo quod sit infinita. Si ergo impossibile est esse gravitatem infinitam: ut statim probabit: consequens est quod impossibile sit esse aliquod corpus infinitum. **C** Deinde cum dicit.

51. **C** Sed adhuc quoniam infinitam esse gravitatem impossibile ex his manifestum.

**C** Ostendit quod supposuerat. scilicet quod non possit esse gravitas infinita: et in hoc destruit consequens premissis conditionalis. Circa hoc autem duo facit. primo proponit quod intendit. et dicit quod adhuc oportet manifestare ex his que subsequuntur quod impossibile sit gravitatem infinitam esse.

**C** Secundo ibi.

**C** Si enim tanta gravitas tantam in hoc tempore movet tantum et adhuc in minori.

**C** Probat propositum: et primo premitit quasdam suppositiones. secundo ex his arguit ad propositum ibi. Necesse est ex his tertio excludit quandam obiectionem ibi.

Necesse si esset tertio. ponit autem primo tres suppositiones: quarum prima est. quod si gravitas tanta. i. alicuius determinate mensure. movet tantum. i. per determinatam magnitudinem spacii. in hoc tempore. scilicet determinato: necesse est quod tanta et adhuc. i. quod gravitas maior que habet tantam quantam minor. et adhuc amplius. moveat per tantam magnitudinem spacii in minori tempore. quod quinto vir-

tus motiva est fortior. tanto motus eius est velocior. et ita pertransit equale spacium in minori tempore ut probatum est in. 6. philosophorum. **C** Secundo suppositionem ponit ibi.

**C** Et analogiam quam graviter habent tempora econverso habebunt: puta si media gravitas in hoc duplum in medietate eius.

**C** Et hec sequitur ex prima. si. n. maior gravitas movet in minori tempore: consequens est quod eadem analogia. i. proportio gravitatum et temporum econverso. ita. scilicet quod si media gravitas movet in tanto tempore. duplum gravitatis movet in medietate eius. scilicet temporis. **C** Tertia suppositionem ponit ibi.

**C** Adhuc finita gravitas omnem finitam movet in quodam tempore finito. **L6.**

**C** Et dicit quod finita gravitas movet per finitam magnitudinem spacii in quodam tempore finito. **C** Deinde cum dicit.

**C** Necesse igitur ex his si quia est infinita gravitas moveri quidem secundum tantum quantum finita: et adhuc non moveri quidem: eo quod proportionabiliter oportet secundum excellentias moveri. Contrarie autem maior in minori: proportio autem nulla est infiniti ad finitum.

Ad minoris autem temporis ad maius finitum sed semper in minori. Ad minimum autem non est.

**C** Arguit ex premissis. si enim sit gravitas infinita. sequitur duo contradictoria. scilicet quod aliquid moveatur secundum eam. et quod non moveatur. Quod moveatur quidem sequitur ex prima suppositione. quia si tanta gravitas movet in tanto tempore: maior movebit velocius. scilicet in minori tempore. quia ergo infinita gravitas est maior quam finita: si finita movet per determinatum tempus per determinatum spacium. ut tertia suppositio dicebat: consequens est quod infinita moveat tantum et adhuc amplius. i. vel per maius spacium in equali tempore. vel per equale spacium in minori tempore. quod est velocius moveri. Sed quod aliquid non moveatur secundum infinitam gravitatem sequitur ex secunda suppositione. oportet. n. proportionabiliter aliquid moveri secundum excellentias. scilicet quod maior gravitas moveat in minori tempore. nulla autem proportio potest esse infinite gravitatis ad finitam minoris autem temporis ad maius: dummodo sit finitum. est aliquid proportio. sic igitur non erit aliquod tempus dare in quo infinita gravitas moveat: sed semper erit accipere aliquid moveri in minori tempore quam sit tempus in quo moveat gravitas infinita. cum non moveat ita quod possit dici: quod non posset aliquid moveri in minori tempore. Ideo autem non est minimum tempus accipere: quia cum omne tempus sit divisibile. sicut et quodlibet continuum quolibet tempore est accipere aliquod minus. partem. scilicet temporis divisi. Sic igitur non potest esse gravitas infinita. **C** Deinde cum dicit.

**C** Neque si esset. que utilitas utique esset. Alia. n. contra finita sumeretur in eadem proportionem **L6.** in qua infinita ad alteram maiorem. Itaque in equali tempore equalem utique moveret infinita finite: sed impossibile. **52.**

**C** Excludit quendam obiectionem: posset. n. aliquid dicere aliquid esse minimum tempus. scilicet indivisibile in quo movet gravitas infinita. sicut et quidam posuerunt aliquas magnitudines esse minimas: et indivisibiles. Sed hanc obviacionem excludit. et primo dicit quod inconueniens sequetur si ponatur minimum tempus. et quod in hoc infinita gravitas moveret. et ostendit idem inconueniens sequi in quolibet tempore etiam non minimo in quo infinita gravitas moveat ibi. Sed adhuc necesse est. dicitur quod per quod



etiam si esset tempus minimum: nulla utilitas ex hoc esset ponenti gravitatem infinitam. ad vitandum incōueniens. quāvis enim ponamus minimum tempus: nō tamē excludimus quin sit aliqua proportio huius minimi tēpōis ad tēpōs maius. eo quod hoc tempus minimum erit pars maioris temporis: sicut vnitas est pars numeri. vnde est aliqua proportio eius ad omnem numerum. Illud autem indiuisibile non habet proportionem ad diuisibile quod non est pars eius sicut punctus non est pars lineae. et ideo nō est aliqua proportio puncti ad lineam: accipiat ergo alia gravitas finita e contrario tanto maior gravitate finita: que mouebat in maiori tempore. quā gravitas infinita in qua proportione tēpōs minimum gravitatis infinite se habet ad tempus maius alterius gravitatis finite. puta sit gravitas infinita. e. tempus minimum in quo mouet. b. gravitas autem finita. g. que mouet in maiori tempore quā. b. s. in tempore. d. accipiat ergo alia gravitas tanto maior quā. g. in qua proportio. d. excedit. b. et sit hec gravitas. f. sic ergo cōminozatio temporis sit secundum additionem gravitatis: sequitur quod gravitas. f. que est finita moueat in eodem tempore cum gravitate infinita: quod est impossibile. Est autem attendendum quod sicut non est proportio puncti ad lineam: ita etiam non est proportio instantis ad tempus. quia instantis non est pars temporis. sic solum ista ratio tolleretur si quis poneret quod gravitas infinita moueret in instanti quod est impossibile. vt probatum est in. 6. phisicorum. s. quod aliquis motus sit in instanti. Deinde cum dicit.

**S**ed adhuc necesse siquidem in qualicūque tempore finito mouet infinita: et aliam in ipso finitam gravitatem mouere quandam finitam.

54. **I**mpossibile igitur infinitas esse gravitatem. Similiter autem et leuitatem et corpora ergo infinitam gravitatem habentia et leuitatem impossibile.

Ostendit quod illud inconueniens sequitur in quocūque tempore ponamus gravitatem infinitam mouere. etiam in tempore non minimo. et hoc est quod dicit. quod si in qualicūque tempore finito: etiam non minimo: gravitas infinita moueret adhuc necesse est quod in ipso tempore aliqua gravitas finita moueat per finitum spacium. quia erit accipere excessum gravitatis secundum diminutionem temporis vt predictum est. sic igitur patet quod impossibile est esse gravitatem infinitam. et eadem ratio est de leuitate. s. quod impossibile est esse leuitatem infinitam.

Quod quidem igitur non est infinitum corpus: palam per ea que secundum partem speculantibus hoc modo. **Lectio. XIII.**

**O**stendit de singulis corporibus naturalibus. quod nullum eorum sit infinitum. hic ostendit cōmuni ratione quod nullum corpus naturale sit infinitum. probatio. n. que est per medium cōmune. perfectiorem scientiam causat. Circa hoc ergo duo facit. primo dicit de quo est intentio. 2. ostendit propositum ibi. Necesse itaque corpus omne esse. Circa primum tria facit. primo ostendit epilogando. quod prius est dictum dicens: quod predicto modo considerantibus. manifestum est quod non est corpus infinitum per ea que sunt secundum partem. i. secundum proprias rationes singularum partium vniuersi. s. corporis quod mouetur circulariter. et quod mouetur sursum aut deorsum. **Secundo ibi.**

**E**t vniuersaliter intendentibus: non solum secundum rationes eas: que in dictis nobis circa principia. Determinatum est enim et ibi vni-

uersaliter prius de infinito quomodo est: et quomodo non est: sed nunc et alio modo.

Ostendit quid immediate restat dicendum. et dicit. quod idem potest esse manifestum si aliquis intendat vniuersaliter. id est per medium cōmune. et hoc non est solum secundum illas rationes cōmunes que posite sunt in lib. phisicorum vbi determinatum est de principijs cōmunibus corporum naturalium. In 3. enim phisicorum determinatur vniuersaliter de infinito quomodo sit. et quomodo non sit. ostensus est ibi quod infinitum est in potentia. sed non in actu. Nunc autem determinandum est alio modo de infinito ostendendo. s. vniuersaliter quod nullum corpus sensibile potest esse infinitum in actu. **Tertio ibi.**

**O**stendit autem intendendum vtrum si non infinitum quidem corpus quod omne. Sed tamen adhuc tantum quidem vt possint esse plures celi.

55. **F**orte enim vtrique quis hoc dubitabit: quoniam quemadmodum qui circa nos mundus constitutus est: nihil prohibet et alios esse plures quidem vno: non tamen infinitos. **Primum autem dicamus vniuersaliter de infinito.**

Ostendit quid sit determinandum immediate post ista et dicit. quod postquam ostendimus hoc quod dictum est. intentio nostra erit inquirere: supposito quod totum corpus vniuersi non sit infinitum. vtrum tamen totum corpus sit tante quantitatis: quod possint ex eo esse plures celi. i. plures mundi. Forte enim posset de hoc aliquis dubitare. an sit possibile. quod sicut iste mundus est constitutus circa nos: ita sint alij mundi plures vno. non tamen infiniti. Sed antequam hoc pertractemus: dicemus naturaliter de infinito: ostendendo. s. cōmunibus rationibus quod nullum corpus sit infinitum. **Deinde cum dicit.**

**N**ecesse itaque corpus omne: aut infinitum esse aut finitum: et si infinitum: aut anomiomerum totum aut omiomerum: et vtrique si anomiomerum: aut ex finitis speciebus: aut ex infinitis.

Ostendit propositum. et primo per rationes naturales demonstratiuas. scdo per rationes logicas ibi. **Rationabilibus autem etc.** dico autem rationes demonstratiuas et naturales. que sumuntur ex proprijs principijs scientie naturalis. cuius consideratio consistit circa motus. et actionem et passionem: que in motu consistunt vt dicitur in 3. phisicorum. primo ergo ostendit nullum corpus esse infinitum ex parte motus localis. qui est primus. et cōmissus motuum. scdo naturaliter ex parte actionis et passionis ibi. Quod autem omnino impossibile etc. Circa primum duo facit. primo premitit quasdam diuisiones. scdo prosequitur singula membra ibi. **Quod quidem igitur etc.** premitit ergo primo tres diuisiones. quarum prima est quod necesse est omne corpus aut esse finitum aut infinitum. et si quidem sit finitum: habemus propositum. si autem sit infinitum. restat secunda diuisio. s. quod aut sit totum anomiomerum siue homogenium: id est dissimilium partium. sicut corpus animalis. quod componitur ex carnibus ossibus et nervis. aut est omiomerum siue homogeneum. i. similium partium sicut aqua cuius quelibet pars est aqua. Si vero sit totum dissimilium partium: restat tertia diuisio. vtrum. s. species partium talis corporis sint finite numero: aut infinite. Si ergo probaretur quod non sunt infinite: neque iterum sunt infinite et quod iterum nullum corpus similium partium sit infinitum. probatum est quod nullum corpus vniuersaliter est infinitum. Deinde cum dicit.



56. **Q**uod quidem igitur non possibile est ex in  
57. finitis manifestum: si quis nobis sinat manere  
primas ypotheses. Finitis. n. primis motib<sup>9</sup>  
entibus necesse est species simplicium corporum  
esse finitas: simplex quidem enim qui simplicis  
corporis motus. Simples autem finiti mo-  
tus sunt. Necesse autem semper motus habe-  
re omne corpus physicum.

**P**robat singula predictorum. et circa hoc tria facit. pri-  
mo ostendit quod non est possibile corporis dissimiliu<sup>9</sup> par-  
tium esse infinitas species partiu<sup>9</sup> eius. secundo ostendit  
quod non est possibile esse corpus infinitum dissimiliu<sup>9</sup> par-  
tium. ita quod species partiu<sup>9</sup> sint finite ibi. Sed tamen siquidem  
et. 3<sup>o</sup> ostendit quod corpus infinitum non potest esse similitum par-  
tium ibi. Sed adhuc neque totum et. primo ostendit quod non est  
possibile aliquod corpus infinitum esse si quis permittat ma-  
nere in sua veritate primas ypotheses. i. suppositiones. pri-  
us factas. i. quod sint sole tres species motuum simpliciu<sup>9</sup>. Si  
enim primi motus. i. simplices sunt finiti. necesse est quod spe-  
cies corporum simplicium sint finite. et hoc ideo. quia motus  
ipsius corporis simplicis est simplex: ut supra habitum est:  
dictum est autem supra: quod simplices motus sunt finiti. sunt  
n. tres. i. motus qui est ad medium. et motus qui est a medio. et motus  
qui est circa medium. Ideo autem oportet quod si motus simplices sunt finiti.  
quod corpora simplicia sint finita: quia necesse est quod omne cor-  
pus naturale habeat proprium motum. si autem essent in-  
finite species corporum. motibus existentibus finitis. oportet  
teret esse aliquas species corporum que non haberent mo-  
tus: quod est impossibile. sic igitur ex hoc quod motus simpli-  
ces sunt finiti. sufficienter probatur. quod species corporum  
simplicium sint finite. omnia. n. corpora mixta componuntur  
ex simplicibus. Unde si esset aliquod totum dissimilium  
partiu<sup>9</sup>. quod componeretur ex quocumque speciebus cor-  
porum mixtorum: tamen oportet quod species primorum  
componentiu<sup>9</sup> sint finite. Quis etiam hoc non videat pos-  
sibile quod finitorum elementorum: diversificentur comixtio-  
nes in infinitum: nec tamen aliquod corpus mixtum potest  
dici omnium similitum partium: quia si partes eius quantitatiue  
sint similes specie. sicut quilibet pars lapidis est lapis. partes  
tamen essentielles eiusdem sunt diverse secundum speciem. componi-  
tur. n. substantia corporis mixti ex corporibus simplici-  
bus. Deinde cum dicit.

**S**ed tamen siquidem ex finitis erit infinitum  
necesse est partium unamquamque esse infinitam.  
Dico autem puta aquam aut ignem: sed impos-  
sibile. Ostensum est enim: quoniam neque gra-  
uitas: neque leuitas est infinita.

**O**stendit quod non est possibile esse corpus infinitum dis-  
similiu<sup>9</sup> partium. ita quod species partiu<sup>9</sup> sint finite. et ad hoc  
inducit quatuor rationes. quarum prima est quod si corpus dis-  
similium partium infinitum existens ex partibus finitis  
specie componeret: oportet quod quelibet partium eius esset  
infinita secundum magnitudinem. puta si aliquod corpus mixtum  
esset infinitum. elementis existentibus finitis: oportet quod  
aerem esse infinitum aut aquam aut ignem. Sed hoc est im-  
possibile. quia cum quodlibet eorum sit graue vel leue: seque-  
retur secundum premissa. quod grauitas eius vel leuitas esset infini-  
ta. ostensum est autem quod nulla grauitas vel leuitas potest esse  
infinita. ergo non est possibile quod corpus infinitum dissimi-  
lium partium componatur ex finitis speciebus partium. po-  
test autem aliquis obicere quod non sequitur hac ratione fa-  
cta quod unaqueque partium sit infinita. esset. n. possibile totum  
esse infinitum: una parte existente infinita secundum magnitudinem:

et alius existibus finitis. Sed hoc reprobatum est in  
3<sup>o</sup> phisicorum. si. n. una pars esset infinita consumeret alias  
partes finitas per excessum virtutis. potest tamen dici quod hoc po-  
sito sequitur idem inconueniens. i. quod sit grauitas vel leuitas infi-  
nita. et ideo de hoc Aristoteles non curauit. Sed ad rationem potest ibi.

**A**dhuc necessarius infinita magnitudine esse  
etiam loca ipsarum. Quare et motus infinitos  
esse omnium. Hoc autem impossibile: si pona-  
mus veras esse primas ypotheses: et neque quod  
deorsum fertur in infinitum contingere fer-  
ri: neque quod sursum fertur secundum eandem  
rationem. Impossibile. n. fieri quod non con-  
tingit factum esse: similiter in tali et tanto et vbi.  
Dico autem si impossibile est factum esse albi  
aut cubitale: aut in egipto: et fieri aliquid ho-  
rum impossibile. Impossibile igitur et ferri il-  
luc vbi nullum quod fertur possibile peruenire.

**S**i. n. partes totius infiniti sunt infinite secundum ma-  
gnitudinem. oportet etiam quod loca earum essent infinita secundum  
magnitudinem: quia loca oportet esse equalia locatis: sed motus mensu-  
ratur secundum magnitudinem loci in quem pertransit ut patet in 6.  
phisicorum. ergo sequitur quod motus omnium partium harum sint infiniti.  
sed hoc est impossibile si sint vera ea que supra supposuimus. i. si  
quod non uenit aliquid moueri deorsum in infinitum: neque etiam  
sursum: quia deorsum est determinatum cum sit medium: et eadem  
ratione sursum est determinatum. Si. n. unum horum est determi-  
natum. et aliud. Et hoc etiam hic ostendit per id quod est contra omnibus  
motibus: videmus. n. in transmutatione que est secundum subiecta quod impos-  
sibile est id fieri. quod non potest esse factum. sicut non potest fieri affi-  
nis rationalis. quia impossibile est asinum esse tale: et simile est in tali  
i. in motu que est secundum locum. Si. n. impossibile est quod aliquid nigru<sup>9</sup> sit  
factum albu<sup>9</sup>: sicut coru<sup>9</sup> impossibile est quod fiat albu<sup>9</sup>. Et si aliquid im-  
possibile est quod sit formica. impossibile est quod ad hunc moueatur. et si  
impossibile est quod aliquid sit in egipto: puta danubi<sup>9</sup>. impossibile  
est quod ad id moueatur. Et huius ratio est. quia nam nihil facit frustra.  
esset autem frustra si moueret ad id ad quod est impossibile pueni-  
re. sic igitur impossibile est quod aliquid moueatur localiter ad illud ad  
quod non potest puenire. Non est autem pertransire locum infinitum. Si igitur  
loca essent infinita. nullus esset motus: quod cum sit impossibile. non  
potest esse quod partes corporis infiniti dissimilium partium. sint infinite  
in magnitudine. Tertiam rationem ponit ibi.

**A**dhuc si et discreta sunt: nihil minus contin-  
get utique ex omnibus ignem infinitum esse.

**P**osset. n. alius dicere quod non est unum primum infinitum. sicut quod  
partes discrete. i. distincte. et non continue infinite: sicut democritus  
posuit infinita corpora indiuisibilia. et sic anaxagoras posuit in-  
finitas partes similes: si ipse dicit quod ex hac parte nihil minus se-  
quitur inconueniens: si sint infinite partes ignis non continue: ni-  
hil prohibet illas oes coniungi. et sic fieri ex omnibus unum  
ignem infinitum. Quartam rationem ponit ibi.

**S**ed corpus erit vndique distensiones huius.

**I**taque quomodo possibile est plura quidem  
dissimilia: unumquodque autem eorum infinitum esse:  
vndique. n. unumquodque oportet infinitum esse.

**C**um. n. aliquid dicitur esse infinitum: oportet quod infi-  
nitum accipiatur secundum propriam eius rationem. puta si dica-  
mus lineam esse infinitam intelligemus quod sit infinita secundum  
longitudinem. superficies secundum longitudinem et latitudinem.  
Corpus autem secundum longitudinem latitudinem et profunditatem  
Corpus. n. distenditur ad omnem partem. quia habet omnes di-  
mensiones. ut supra dictum est. Et sic si corpus dicatur in-  
finitum: oportet quod sit infinitum ad omnem partem. et ita ex nul-



la parte erit aliquid extra ipsum. Non ergo est possibile. q̄ in corpore infinito sint plura dissimilia: quorum vnū quodq̄ sit infinitum: quia non est possibile esse plura infinita fm̄ predicta. Deinde cum dicit.

60. **C** Sed adhuc neq̄ totum omniomerum contingit infinitum esse. Primum quidem enim non est alius preter istos motus. Dabebit igitur vnum horum: si autem hoc accidet aut grauitatem infinitam aut leuitatem esse infinitam. Sed adhuc nō possibile corpus quod circūferatur. Impossibile enim infinitum circūferri. Nihil enim differt hoc dicere q̄ celum dicere infinitum esse. Hoc autem ostensum est quod nō est possibile.

62. **C** Sed adhuc neq̄ omnino infinitum contingit moueri: aut enim secundū naturam mouebitur: aut violentia: et siquidem violentia: est ipsi et qui secundum naturam. Quare et locus alius equalis in quem fertur: hoc autem impossibile.

**O**stendit q̄ corpus infinitum non potest esse similiū partium: et hoc duabus rationibus. quarum prima est qz cuiuslibet corporis naturalis oportet esse aliquem motū localem. non est autem alius motus preter istos qui supra dicti sunt. quorum. s. vnus est circa medium. alius a medio. et tertius ad medium: sequitur ergo q̄ habeat vnum istorum motuum: sed hoc est impossibile: quia si moueatur sursum vel deorsum. erit graue vel leue. et ita accidet grauitatem et leuitatem esse infinitam: quod est impossibile fm̄ premissa supra. et nō est possibile q̄ moueatur circulariter. qz est impossibile infinitum circūferri. nihil enim differt hoc dicere q̄ si dicatur celum infinitum. quod est impossibile. vt supra ostensum est. non ergo contingit totum corpus infinitum esse omogeneū. **S**ecūda ratio nem ponit ibi. Sed adhuc neq̄ omnino rē. que sequitur ex cōmuni ratione motus localis. si. n. sit corpus similiū partium infinitum: sequitur q̄ nullo modo possit moueri. qz si moueretur aut mouebitur fm̄ naturam aut fz violentiam. Si autem sit ei aliquis motus violentus. sequitur q̄ etiam sit ei aliquis motus naturalis. qz motus violentus contrariatur motui naturali vt supra habitus est. Si autem aliquis sit ei motus naturalis. sequit̄ q̄ sit etiā aliquis locus equalis sibi. in quem naturaliter fertur. qz motus naturalis est eius quod fertur in proprium locum hoc autem est impossibile: quia sequeretur q̄ sint duo corporalia loca infinita. qd̄ est eque impossibile sicut q̄ corpus infinitum moueatur. Si ergo omne corpus naturale mouetur: sequitur q̄ nullum corpus naturale sit infinitum. Est tamen attendendum q̄ hec ratio non procedit nisi de motu recto. Nam id quod mouetur circulariter non mutat totum locum subiecto. sed solum ratione vt probatur. in. 6. phisicorum. sed q̄ corpus infinitum nō possit moueri circulariter supra multipliciter est ostensum.

63. **Q**uod autem omnino impossibile infinitū a finito pati aliquid: aut facere finitum: ex his manifestum. Sit enim infinitum in quo. a. finitum autem in quo. b. Tempus autem in quo mouit aliquid aut motum est. g. Si itaq̄ a. b. calefactum est: aut latum est: aut aliud aliquid passum est: aut et quodcunq̄ motum est in tempore in quo. g. Sit. d. eo quod ē. b.

minus et minus in equali tempore minus moueat. Sit autem quod in quo. e. ab eo quod. d. alteratum. Quod itaq̄ est. d. ad. b. e. erit ad finitum aliquid puta. f. **S**it itaq̄ equale quidem in equali tempore: equale alterans: minus autem in equali minus. Adhuc autem maius. Tantum autem quantum analogum erit quodcunq̄ maius ad minus. Non igitur infinitum a nullo finito mouebitur in nullo tempore. Adhuc enim aliud in equali a minori mouebitur: ad quod quidem analogum finitum erit. Infinitum enim ad finitum in nulla proportione est. **Lectio. XIII.**




**P**ostquam phisicus ostendit q̄ non est infinitum corpus ratione accepta ex parte motus localis. hic ostendit idem cōmuniōri ratione. que. s. accipitur a motu in cōmuni siue ex actione vel passione que concomitatur omnem motum. Et circa hoc tria facit primo proponit qd̄ intendit. 2º pbat propositū ibi. Sit. n. infinitū rē. 3º excludit quādā obiectiōne ibi. Sed tñ. et quecūq̄ rē. Dicit ḡ p̄ q̄ ex his q̄ sequunt̄ manifestū est q̄ corpus infinitū nō soluz nō pot moueri localiter. sed q̄ vniuersaliter non potest aut pati aut agere aliquid in corpus finitum. Deinde cum dicit. Sit. n. infinitum rē. probat nullum corpus sensibile esse infinitum tali ratione. Nullum corpus infinitum habet virtutem actiuam aut passiuā dicit vtrancq̄: sed omne corpus sensibile habet virtutem actiuam. aut passiuam. aut vtrancq̄. ergo nullum corpus sensibile est infinitū. Circa hoc ergo duo facit. primo probat maiore. 2º ponit minore. et clusionē ibi. Si igit̄ omne corp⁹ rē. Circa p̄m duo facit. primo pponit quod intendit. et dicit manifestū esse ex his que dicentur q̄ non solum impossibile est infinitum moueri localiter. sed vniuersaliter est impossibile infinitū pati aliquid. vel etiam agere in aliq̄ corpus finitū. **S**ecundo ibi. Sit. n. infinitum rē. probat propositum et pmo ostendit q̄ infinitum non patitur a finito. 2º ostendit q̄ finitum non patitur ab infinito ibi. Neq̄ vtiq̄ infinitum rē. dicit ergo primo q̄ si corpus infinitum patitur a finito: sit corpus infinitum in quo est. a. corpus autem finitū in quo est. b. et quia omnis motus est in tempore. sit tempus g. in quo. b. mouit a. aut a. motū est. Si ergo ponam⁹ q̄ a. quod est corpus infinitum a. b. quod est corpus finitum sit alteratum. puta calefactum. aut latum id est motum secundum locum: aut aliquid passum: puta in frigidatum aut humectatum: aut quocunq̄ modo motū in tempore g. accipiamus vnam partem b. mouentis. que sit d. et nihil refert ad propositum si. d. esset quoddam aliud corpus minus q̄. b. manifestum est q̄ minus corpus mouet minus mobile in equali tempore. hoc tamen supposito q̄ in minori corpore sit minor virtus. quod oportet esse. si sit corpus similiū partium. minor autem virtus in equali tempore mouet minus mobile. sit ergo corpus. e. quod alteratur aut qualitercunq̄ mouetur a. d. in tempore. g. ita q̄ intelligamus corpus. e. esse partem totius infiniti quod est. a. sed quia rāz. d. q̄. b. est finitum. et quorumlibet duorum finitorum corporum. est aliqua proportio ad invicem. fm̄ illam proportionem quam habet. d. ad. b. accipiat̄ proportio corporis. e. ad quodcunq̄ corpus maius finitum. puta q̄ sit. f. hac igitur positione facta ponit quasdam suppositiones. quarum prima est q̄ alterans eque in magnitudine et virtute. in equali tpe alterat eque corp⁹. **S**ecūda est q̄ minus corpus alterans in equali tempore al



terabit minus. ita. f. q. tantu erit corp<sup>o</sup> motu min<sup>o</sup> altero corpore moto: q<sup>o</sup> tantu erit analogum quodcumq<sup>o</sup> maius. g. ad minus: id est q<sup>o</sup> tra est proportio excessus maioris cor poris mouentis ad minus. Ex premissis igitur concludit q<sup>o</sup> infinitu a nullo finito potest moueri fm quodcumq<sup>o</sup> tempus. qz aliquid minus q<sup>o</sup> infinitu mouebitur in equa li tempore ab illo minori q<sup>o</sup> sit corpus mouens infinitu. .s.e. qd est minus q<sup>o</sup>. a. mouebitur a. d. quod est minus q<sup>o</sup> b. fm premissa. Id autem quod est analogu ad. e. i. in ea dem proportione. se habens ad. e. sicut. b. ad. d. est quod dam finitu: no. n. potest dici q<sup>o</sup> ipsum infinitu qd est. a. se habeat ad. e. sicut b. se habet ad d. quia infinitu ad fi nitum nullam proportionem h<sup>o</sup>. supposito aut<sup>o</sup> q<sup>o</sup> aliqd finitu se habeat ad. e. sicut. b. ad. d. erit comutatim di cere. q<sup>o</sup> sicut. d. se habet ad. e. ita. b. se habet ad illud fini tum Sed. d. mouet. e. in tempore. g. ergo. b. mouet finitu in tempore. g. sed in hoc tempore positu est. b. mouere. a. ergo finitu in tempore eodem. mouebit finitu z in finitu. Deinde cum dicit.

65. **C** Sed adhuc neq<sup>o</sup> infinitu in nullo tempo re mouebit finitu. Sit eniz in quo. a. infini tum. b. vero finitu tempus in quo. g. Igitur d. in g. minus eo qd est b. mouebit: sit 3. Qd itaq<sup>o</sup> est b. z 3. totum ad 3. e. sit habens eand<sup>e</sup> proportionem ad d. mouebit igitur e. b. 3. in g. Infinitu igitur z finitu in equali tempore alterabit: sed impossibile. In minori. n. qd mi nus supponebatur: sed semper sumptum tem pus idem faciet. Quare non erit tempus: ne q<sup>o</sup> vnum in quo mouebit.

**C** Probat q<sup>o</sup> infinitu corpus non mouet corpus fini tum in aliquo tempore. z primo ostendit q<sup>o</sup> no mouet in tempore finito. secundo q<sup>o</sup> non mouet in tempore infini to ibi. Sed adhuc infinito z. dicit igit<sup>o</sup> primo q<sup>o</sup> neq<sup>o</sup> eti am corpus infinitu mouebit corpus finitu in nullo te pore. s. determinato. Si. n. detur contrarium. sit corpus in finitu in quo est a. corpus vero finitu qd ab eo moue tur. sit. b. vt. b. 3. tempus aut<sup>o</sup> in quo mouetur. sit g. d. aut sit quedam pars finita corporis infiniti quod est. a. Et qz minus in equali tempore minus mouet. consequens est q<sup>o</sup> corpus finitu. in g. d. tempore moueat minus corpus eo quod est. b. z sit id minus. 3. que est pars eius: qz igitur totum. b. 3. habet aliquam proportionem a. 3. accipiatur q<sup>o</sup> sicut totum b. 3. se habet ad. 3. ita. e. se habet ad. d. quorum vterq<sup>o</sup> est pars finiti. ergo comutatim que est p portio. d. ad. 3. eadem est proportio. e. ad. b. 3. sed. d. mouet 3. in. g. tempore. ergo si in hoc tepore. b. 3. mouebatur ab a. corpore infinito: sequitur q<sup>o</sup> infinitu z finitu moue ant in eodem tempore vnu; z idem mobile. sic igitur im possibile est q<sup>o</sup> finitu moueatur ab infinito in tempore g. Et idem sequitur. quodcumq<sup>o</sup> aliud tempus finitu su matur. nullum ergo tempus finitu est dare in quo infi nitu moueat finitu. Deinde cum dicit.



**C** Sed adhuc in infinito tempore non est mo uisse: neq<sup>o</sup> motum esse: finem. n. no habet. Fa

ctio autem z passio habent.

**C** Ostendit q<sup>o</sup> neq<sup>o</sup> hoc potest esse in tempore infinito. non. n. contingit q<sup>o</sup> in tempore infinito aliquid mouerit vel motum sit. qz tempus infinitu non habet finem: omnis autem actio vel passio habet finem. nihil eni agit vel patitur. nisi vt perueniat ad aliquem finem. Relin quitur ergo q<sup>o</sup> infinitu non moueat finitu in tempo re infinito. Deinde cum dicit.

**C** Neq<sup>o</sup> infinitu vtiq<sup>o</sup> ab infinito contingit nihil pati: sit enim a. infinitu z b. Tempus autem in quo passum est. b. ab. a. in quo. g. d. Quod autem in quo e. infiniti pars. quia totu b. passum est non in equali tempore hoc ipsu mouetur. Supponebatur. n. in minori tevo re moueri minus. Sit. n. motu ab a. in d. Qd itaq<sup>o</sup> d. ad g. d. est ad aliquid eius quod est. b. finitu hoc igitur necesse ab a. motum esse in g. d. tempore: ab eodem. n. supponatur in plu ri z minori tempore maius z minus pati que cuq<sup>o</sup> proportionabiliter tempori diuisua sit.

**C** In nullo igitur tempore finito possibile in finitu ab infinito motu esse in infinito igitur. Sed infinitu tempus non habet finem. Qd autem motum est habet.

**C** Probat q<sup>o</sup> infinitu non moueat infinitu. z dicit q<sup>o</sup> infinitu non contingit aliquid pati ab infinito fm qua cunq<sup>o</sup> speciem motus. Alioquin sit corpus infinitu ag<sup>o</sup> in quo est a. z corpus infinitu patiens in quo est. b. tem pus autem in quo. b. passum est ab a. sit. d. g. sit autem. e. pars infiniti mobilis: quod est. b. qz ergo totum. b. passu est ab a. in toto tempore qd est d. g. manifestum est q<sup>o</sup>. e. quod est pars eius: non mouetur in toto hoc tepore. opoz tet. n. supponere q<sup>o</sup> ab eode mouente minus mobile mo ueatur in minori tempore. q<sup>o</sup> to. n. mobile magis vincitur a mouente: tanto velocius mouetur ab ipso. sit ergo q<sup>o</sup>. e. quod est minus q<sup>o</sup>. b. moueatur ab. a. in tempore d. quod est pars totius temporis g. d. d. aut<sup>o</sup> ad. g. d. est aliqua p portioatio cum vtrunq<sup>o</sup> sit finitu. Accipimus autem q<sup>o</sup> eandem proportionem habeat. e. ad aliqua partes ipsi us mobilis infiniti maiorem: q<sup>o</sup>. f. d. habet ad g. d. sit ergo istud infinitu maius q<sup>o</sup>. e. necesse est q<sup>o</sup> moueatur ab a. in. g. d. tempore. oportet. n. supponere q<sup>o</sup> ab eodem moue te moueatur maius z minus mobile in maiori z minori tempore: ita q<sup>o</sup> sit diuisio mobilium. fm proportionem temporum: quia igitur proportio illius finiti ad. e. est si cut proportio totius temporis. g. d. ad d. oportet comuta tim dicere q<sup>o</sup> proportio totius temporis g. d. ad illud mo bile finitu maius: sit sicut proportio temporis. d. ad mo bile. e. sed. e. mouetur ab. a. in tempore. d. ergo illud fini tum maius mouebitur ab. a. in tempore g. d. z sic in eode tempore mouebitur finitu z infinitu. quod est impos sibile. z idem inconueniens sequitur quodcumq<sup>o</sup> tempus infinitu accipiatur: sic igitur impossibile est q<sup>o</sup> infinitu moueatur ab infinito in tempore finito. Relinquitur igitur si moueatur. q<sup>o</sup> moueatur in infinito tempore. sed hoc est impossibile. vt supra ostensum est: quia infinitu non habet finem. omne autem quod mouetur: habet finem quia z si rotus motus celi non haberet finem. vna tamen circulatio habet finem Sic igitur manifestum est q<sup>o</sup> in finitu non habet virtutem actiuam neq<sup>o</sup> passiuam. De inde cum dicit.

64.

66.

67.



65. **C** Si igitur omne corp<sup>9</sup> sensibile habet virtu-  
68. tem actiuā & passiuā: aut ambo: impossibile  
corpus infinitū sensibile esse.

**C** Assumpta minori infert conclusionē dicēs. q<sup>d</sup> omne  
corpus sensibile habet virtutē actiuā aut passiuā. aut  
vtrūq<sup>ue</sup>. dicit<sup>ur</sup> autē corpus sensibile ad differentias corpo-  
ris mathematici: ita q<sup>d</sup> corp<sup>9</sup> sensibile dicatur omne cor-  
pus naturale: quod inquantū huiusmodi: natum est mo-  
uere & moueri. sic ergo concludit q<sup>d</sup> impossibile est aliq<sup>uod</sup>  
corpus sensibile esse infinitum. Deinde cum dicit.

69. **C** Sed tamen & quecūq<sup>ue</sup> quidē corpora in lo-  
co oīa sensibilia. Non est igitur corpus infini-  
tum extra celū neq<sup>ue</sup> vnū: neq<sup>ue</sup> simpliciter: ne-  
q<sup>ue</sup> scđm quid nihil. Igitur oīno corpus extra  
celum nullū. Si qdem. n. intellectuale erit in  
loco: si verō sensibile erit in tempore: extra. n.  
& intra locū significant. Itaq<sup>ue</sup> erit & sensibile.  
Sensibile autē nullū nō ens in loco.

**C** Excludit quādā obiectiōes: quia posset aliquis dice-  
re q<sup>d</sup> sit aliq<sup>uod</sup> corpus extra celum intelligibile quod sit in  
 rum in q̄bus apparet irregularitas pp̄ cursum multozum  
 motuum. **D**einde cum dicit.

**S**i enim irregulariter mouebit: manifestū  
 qd intensio erit. ⁊ virtus ⁊ remissio. **O**mnis. n.  
 irregularis latio: ⁊ remissionem habet ⁊ inten-  
 sionem ⁊ virtutem: virtus autem est: aut  
 vnde fert: aut quo: aut circa mediū: puta for-  
 te his quidem qui secundum naturam quo fer-  
 runtur: his autem qui preter naturam: vnde  
 proiectis autem: circa mediū circulationis au-  
 tem non est: neq; vnde: neq; quo: neq; mediū:  
 neq; enim principium: neq; finis: neq; mediū  
 ipsius est simpliciter. Tempore enim semp-  
 terna ⁊ longitudine simul ducta ⁊ infrangibi-  
 lis. Quare si non virtus ipsius lationis: neque  
 irregularitas erit. Irregularitas. n. fit propter  
 remissionem ⁊ intensiōem.

**P**robat p̄positus rōnibus quatuor. quaz p̄ma sumit  
 ex ipsa forma motus circularis. ⁊ p̄cedit sic. Si p̄mum ce-  
 lum irregulariter moueret: manifeste oporteret qd in eo  
 sit itēfio. i. augmētū velocitatis. ⁊ virt⁹. i. summum velo-  
 citatis. ⁊ remissio. i. diminutio velocitatis. **D**is. n. motus  
 irregularis h̄z ista tria: nō ita qd i quolibz motu irregula-  
 ri: v̄l ieq̄li sint ista tria: s̄z qz in quoz motu sunt duo hoz  
 .i. virt⁹ ⁊ itēfio: sicut in motu nālī corporoz grauiū ⁊ leuiū  
 est itēfio ⁊ virt⁹. qz talis motus semp augef in velocitate  
 vsq; ad finē in quo ē velocissim⁹. mot⁹ aut corporoz hoz qd  
 est cōtra nām: h̄z virtutē ⁊ remissionē. qz in pncipio ē velo-  
 cissim⁹. ⁊ semp diminiūf velocitas: quousq; tandē totus  
 motus p̄sumat. Et sic ly oīs accipit quasi collectiue. ut i



telligatur q̄ in omnibus motibus irregularibus ista tria inueniuntur: non autem in vnoquoque eorum. ¶ Deinde ostēdit in qua parte motus irregularis inueniatur maxima velocitas. et dicit q̄ virtus motus. i. maxima eius velocitas: aut vnde fertur. i. versus terminum a quo: aut a quo fertur. i. versus terminum ad quem: aut circa medium. Sicut in his que naturaliter mouentur motu recto: inuenitur maxima velocitas versus terminum ad quem feruntur. quia motus naturalis intendit in fine: vt in primo habitu est. In his autem que mouentur contra naturam: inuenitur maxima velocitas vnde. i. versus terminum a quo. quia motus violentus intendit in principio: et remittit in fine: vt in primo libro habitu est. Sed in piectis maxima velocitas motus inuenitur circa medium. ¶ Dubitatur autem que pars vocatur piecta. Nam quecumque pyciuntur aut mouentur secundum motum naturalem: sicut cum lapis deorsum iacitur. et sic videtur q̄ motus intendat in fine: vel mouentur violenter: sicut cum lapis iacitur sursum: et sic motus eius debet esse intensissimus in principio: non autem in medio dicitur aut simpliciter piecta hic pars vocatur corpora aialium que mouentur ab aia non in sursum directe: neque directe in deorsum: sed quasi in latus ad modum sagitte. et aliorum proiectorum: propter quod et Aristoteles hic ea piecta vocat: manifestum est autem q̄ in motibus aialium: maxima velocitas non inuenitur: neque a principio: quoniam quodammodo paulatim membra sua aialia expediunt ad motum: neque et circa finem: quoniam membra eorum sunt lassata: sed circa medium: quoniam sunt in ipso impetu motus. Sed hec expositio videtur esse extorta. ¶ Unde Alexander dicit q̄ medium hic est accipiendum secundum locum. et non secundum tempus. Motus enim sagitte. et aliorum sic piectorum: non est neque in sursum: neque in deorsum: sed in intermedio vtriusque maxima velocitas horum motuum inuenitur. ¶ Possunt nihilominus dicere. quod et in his secundum tempus accipiendum medium: talia piecta circa medium velociter mouentur. Causatur enim motus talium piectorum ex impulsu medii deferentis: quod facilius recipit impressionem mouentis quam ipsum corpus graue quod pycitur: vt patet in 8. physicorum. Et ideo quoniam multum de aere fuerit motus: velocior est motus in medio quam in principio: quoniam adhuc pars de aere mouebatur: vel etiam in fine quoniam incipit debilitari impressio pycientis. Et huius signum est. quod huiusmodi piecta non tantum impulsu faciunt in eo quod est omnino propinquum: vel in eo quod est multum remotum: sicut in eo quod mediocriter distat. ¶ Sic igitur manifestum est q̄ maxima velocitas cuiuslibet motus irregularis: vel est in principio: vel in medio. vel in fine: sed hec tria non est accipere in motu circulari celestis corporis: neque quantum ad ipsum cum sit sempiternus: sed eius opinionem: neque et quantum ad longitudinem. i. quantum ad figuram loci que est linea circularis: quod quidem est simul dicta: quasi circulariter in seipsum rediens: et est in fragibilis: non diuisa in actu: vt possit in actu designari principium et finem. et ita in circulatione celi non inuenitur secundum aliquam eius partem virtus. i. maxima eius velocitas. et per omnes neque irregularitas que fit propter intensiorem et remissionem. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

36. ¶ Adhuc quoniam omne quod mouetur: ab aliquo mouetur: necesse irregularitatem fieri motus: aut propter mouens: aut propter motum: aut propter ambo: siue enim mouens non eadem virtute moueat: siue motum alteretur: et non permaneat idem: siue ambo transmutentur: nihil prohibet irregulariter moueri quod mouetur. Nihil autem horum circa celum fieri possibile. Quod quidem mouetur: ostensum est: quia primum et simplex et ingenitum et incorruptibile et totaliter intransmutabile. Adhuc autem multo magis irrationabile esse tale. Primum enim

enim primum: et simplex simplicis: et incorruptibile et ingenitum incorruptibilis et ingeniti motuum. Quoniam igitur quod mouetur non transmutatur corpus existens: neque vtrique mouens transmutabitur incorruptibile existens.

¶ Quare et latrone ipse irregularis est. ¶ Que ratio accipitur sicut ex parte mouentis et mobilis: ostensum est. n. in. 7. et 8. physicorum quod omne quod mouetur ab aliquo mouente mouetur. Unde necesse est si in aliquo motu sit irregularitas: aut hoc fiat propter mouens: aut propter id quod mouetur: aut propter vtrique. Si enim mouens non semper et equali virtute moueat: sed quoniam maior: quoniam minor: fiet motus quoniam quidem velocior: quoniam quidem tardior. quia velocitas motus contingit ex hoc quod virtus mouentis propter suam magnitudinem multum dominatur mobili. Et sicut si corpus quod mouetur: per aliquam alterationem non permaneat in eadem dispositione. non erit equaliter subiectum virtuti mouentis. et ita non erit equalis velocitas motus. et similiter si fiat transmutatio circa vtrique. scilicet mouente et mobile: poterit esse motus irregularis. Sed nihil horum potest accidere circa celum. De ipso enim corpore mobili ostensum est supra quod est primum et simplex. quia mouetur primo et simplici motu. et quod est ingenitum et incorruptibile: et totaliter intransmutabile: transmutatione. scilicet variante subiectum et virtute eius. Motor autem eius multo magis rationabile est quod sit talis conditionis. Cuius enim mouens sit potius motor: si corpus quod mouetur est primum et simplex. et ingenitum et incorruptibile: multo magis motuum eius erit tale. Ostensum est et in 8. physicorum quod motor celi est incorporeus: nullam habens magnitudinem. Si igitur ipsum celum quod est corpus: non immutetur a dispositione sue subiecti et virtutis: multo magis non transmutabitur motor eius quod est incorporeus. Ex quo patet quod impossibile est motum celi esse irregularem.

¶ Etiam si fiat irregulariter: aut tota transmutatur: et quandoque quidem sit velocior: quandoque autem tardior iterum: aut partes ipsius: partes quidem ipsius que non sunt irregulares manifestum. Jam enim vtrique facta fuisset distantia astrozum in infinito tempore. Hoc quidem velocius motor: hoc autem tardius. Non videtur autem nihil habens aliter elongationibus: sed et neque totam accidit transmutari: remissio enim vniuscuiusque fit propter impotentiam: impotentia autem preter naturam. Etiam in animalibus impotentie omnes preter naturam sunt: puta senectus et decrementum. Tota enim consistentia aialium forte ex talibus constat: que differunt propriis locis. nulla enim partium ipsius habet eam que ipsius regionem. Si igitur in primis non est quod preter naturam: simplicia enim. et immita et in propria regione et nihil ipsis contrarium: neque vtrique in potentia erit. Quare neque remissio neque intensio: si enim intensio et remissio.

¶ Lectio. IX.



¶ Hec proponit tertiam rationem que sumitur solum ex parte mobilis. et dicit q̄ si motus celi irregulariter peragatur. aut hoc erit ita q̄ tota celi mutatio transmutetur: ita q̄ quandoque sit velocior: quoniam tardior: aut partes eius. Et intelligit tota mutatio: motus totius spere supreme: patet



res autem mutationis intelliguntur motus partium celi. Quod autem partes supreme sperae non moueant irregulariter, ita, scilicet, quod una pars celi quicquid citius: quicquid tardius moueatur ostendit supponendo quod spera stellarum fixarum sit suprema spera. nondum enim suo tempore deprehensum erat quod stelle fixe haberent proprium motum propter motum diurnum. et ideo attribuitur primum motum, scilicet diurnum sperae stellarum fixarum: quasi proprium ei: cum tamen posteriores astrologi dicant quod spera stellarum fixarum habeat quendam proprium motum: supra quod ponit aliam speram: cui attribuitur primum motum. Supposito ergo quod spera stellarum fixarum sit suprema spera: probat quod partes eius non moueant irregulariter, quia si singule partes eius quicquid citius: quicquid tardius mouerentur: iam a longinquo tempore stelle fixe in alia distantia se haberent adinuicem quam prius, una eorum velocius: et alia tardius mota: sed huius contrarium apparet, quod inueniunt eandem figuram seruari, et eodem modo abinuicem elongari in hoc tempore: sicut etiam inueniunt antiquissimi obseruatores, non ergo est irregularitas in motu primi celi quantum ad partes eius. Sed neque etiam tota transmutatio primi celi transmutatur de velocitate in remissionem velocitatis. Manifestum est autem quod remissio velocitatis motus cuiuscumque mobilis sit propter impotentiam: sicut videmus quod corpora animalium lassantur: remittitur eorum motus: omnia autem impotentia et defectus est propter naturam: sicut patet in animalibus: in quibus senectus et decemetur et alia huiusmodi sunt propter naturam: quod est intelligendum quantum ad naturam particularem que est seruatiua vniuersaliusque idiuuati quantum potest. Unde propter naturam eius est quod deficiat in seruando: non autem est propter naturam vlem: ex qua causatur non solum generatio: sed et corruptio, et per omnia alii defectus ad corruptionem tendentes in his inferioribus. Dicitur autem natura vltima virtus actiua in causa vniuersali: puta in corpore celesti, ideo autem defectus propter naturam particularem in animalibus accidere possunt, quod tota substantia animalis consistit ex talibus corporibus que distant a propriis locis, componitur enim corpus animalis ex quatuor elementis: quorum nullum tenet proprium locum. Et quod ea que sunt propter naturam non possunt esse sempiterna: ut patet ex his que supra dicta sunt: necesse est quod quicquid animalibus accidat corruptio et defectus: sed in primis corporibus, scilicet celestibus nihil potest accidere propter naturam, quod sunt simplicia: non autem mixta ex diuersis: et in proprio loco existunt et nihil est contrarium eis: ut patet ex his que in primo libro dicta sunt, et ita in eis non potest esse aliqua impotentia. Et ideo in eis non potest esse aliqua remissio, id est diminutio velocitatis: et per omnia neque intensio, id est velocitatis augmentum, quod ista duo sic se invicem consequuntur: sicut enim intenditur motus: procedit a remisso ad intensum: ita cum remittitur: proceditur ab intenso ad remissum. **¶** Quartam rationem ponit ibi.

35. **¶** Adhuc autem et irrationabile infinito tempore potens esse mouens: et rursus alio infinito impotens. Nihil enim videtur existens infinito tempore preter naturam. Impotentia autem preter naturam. Neque equali tempore preter naturam et secundum naturam: neque totaliter potens et impotens. Necesse autem si remittitur motus: infinito remitti tempore.

**¶** Que ratio sumitur ex parte mouentis: et procedit ex quadam diuisione. Si enim in motu celi sit intensio et remissio: hoc autem potest esse nisi tribus modis. Uno modo ut semper intendatur: vel semper remittatur. Alio modo: ut quicquid intendatur: et quicquid remittatur. Et hoc dupliciter. Uno modo ut tota intensio et tota remissio sit simul: quod quidem supposito quod celum moueatur tempore infinito secundum eius opinionem sequitur quod infinito tempore prius intendatur motus eius, et postea remittatur et reuertatur.

Alio modo: ut vicissim quandoque remittatur: et quandoque intendatur. Sed quodlibet istorum est impossibile, quod impossibile est quod in motu sit remissio et intensio. pro ergo ostendit impossibile esse quod infinito tempore intendatur prius et postea infinito tempore remittatur vel reuertatur. 2. ostendit impossibile esse quod semper intendatur: vel semper remittatur ibi. Sed adhuc neque 2. 3. ostendit impossibile esse quod vicissim intendatur et remittatur ibi. Relinquitur autem 2. Dicitur ergo primo quod irrationabile est quod motor celi infinito tempore sit potens: et velociter moueat: et rursus alio infinito tempore sit impotens: et tarde moueat. Nam remissio motus causatur ex impotentia: intensio autem ex potentia. Et hoc ideo irrationabile ostendit duobus modis. primo quod quod nihil propter naturam videtur existere tempore infinito. Etiam que sunt secundum naturam sunt semper: vel in maiori parte: impotentia autem est propter naturam: ut habitum est. ergo impossibile est quod aliquid infinito tempore sit impotens. Secundo quod non est equale tempus eius quod est secundum naturam: et eius quod est propter naturam, quod id quod est propter naturam: est in paucioribus, id autem quod est secundum naturam: est ut in pluribus: vel semper: sed potentia rei est secundum naturam, impotentia autem est propter naturam, ergo impossibile est quod aliquid tempore totali, scilicet tempore infinito sit potens et impotens, et per consequens impossibile est quod infinito tempore intendatur motus: et iterum infinito tempore remittatur. Sed si remittitur motus celi secundum modum qui dictus est: necesse est quod infinito tempore remittatur. Quidam tamen non intelligentes intentionem Aristotelis accipiunt hoc quasi simpliciter et absolute dictum: eo quod non est ratio que magis vno tempore remittatur quam alio: sed hoc est propter intentionem philosophi. **¶** Deinde cum dicit.

**¶** Sed adhuc neque intendi semper aut iterum remitti potest. Infinitus enim vtiq; erit et indeterminatus motus. Omne autem dicimus ex aliquo in aliquid esse et determinatum.

**¶** Ostendit quod impossibile sit motus celi: vel semper intendi: vel semper remitti, et hoc duabus rationibus: quarum prima est, quia intensio et remissio cuiuscumque motus irregularis deficit circa terminum ipsius motus: sicut motus naturalis intenditur usque ad aliquem terminum, et similiter motus violentus remittitur usque ad aliquem terminum. Si ergo intensio vel remissio motus celi nunquam terminetur: sed in infinitum procedat: sequitur quod motus celi sit infinitus, et indeterminatus, quod patet esse falsum, probatum est enim in 6. physicorum, quod quod omnis motus est ex aliquo in aliquid: necesse est quod sit determinatus. Unde et vna circulatio celi est determinata: sed motus celi dicitur infinitus, secundum diuersas circulationes sibi succedentes.

**¶** Secundam rationem ponit ibi.

**¶** Adhuc autem si quis accipiat esse aliquod tempus minimum: cuius non contingit in minori moueri celum. Sicut enim neque citari neque ire in quocumque tempore possibile non vtiq; erit: sed est vniuersaliusque actus determinatum minimum tempus ad non excedere: sic neque moueri celum in quocumque tempore possibile. Si igitur hoc verum: non vtiq; erit semper intensio lationis. Si autem non intensio: neque remissio: similiter enim ambo et alter: si quidem eadem intenditur velocitate aut maiori: et infinito tempore.

**¶** Et dicit quod hoc est esse impossibile est manifestum, si quod procedat esse aliquid tempus minimum, ita quod in minori non contingat moueri celum: quibus enim motus vel actio: habet determinatum

Co. 40.

Co. 39.

Co. 41.



tempus quod non transcendit: quia n. tempus sit diuisibile in infinitum: non tamen est possibile citbarizare. vel ambulare in quocumque tempore: sed quilibet actus habet determinatum minimum tempus quod non excedit velocitate: vt. s. in minori tempore: proficiat. unde nec celum possibile est moueri in quocumque tempore: sed habet aliquod minimum tempus determinatum. Ex quo patet quod non semper intenditur velocitas motus eius: quia sic velocitas eius excederet quodlibet minimum tempus. ¶ Si vero non semper potest intendi motus celi: pari ratione neque semper potest remitti: quia eadem ratio est de vno et de altero: sicut. n. est minimum tempus alius actionis: ita et maximum in quo patitur. ¶ Posset autem aliquis dicere rationi obuiare dicendo quod semper intenditur velocitas motus celi. et tamen nunquam transcendit quoddam minimum tempus datum: si quidem fiat appositio velocitatis: non equalis aut maior: sed semper minor et minor sicut dicitur in tertio physicorum. quod si linea diuidatur secundum eadem proportionem: prout et subtrahatur a tota linea tertia pars. et iterum a residuo tertia pars: et a residuo iterum tertia pars: hoc poterit in infinitum procedere: et si eorum que subtrahuntur: posterior addatur priori: fiet in infinitum additio: nec tamen pueniet vnquam ad quantitatem totius linee: quia semper erit aliquid residuum de linea: que diuidebatur. si tamen subtraheretur pars equalis quantitatis: vel maioris: et adderetur ad id quod prius acceptum est: oporteret transcendere omnem quantitatem determinatam. Et similiter dicitur hic intelligendum esse: quod transcendit omne minimum tempus datum: quod est transcendere omnem magnitudinem velocitatis: si semper per infinitum tempus addatur equalis velocitas vel etiam maior. Si vero prius adderetur magna velocitas: et postea minor: et sic idem sicut dictum est in diuisione et additione linee: non transcenderet omnis velocitas nec omne minimum tempus: cum non esset pura intensio: sed intentio remissioni adiuncta: quia mouens non posset equaliter addere ad velocitatem. ¶ Deinde cum dicit.

36. ¶ Relinquitur itaque dicere vicissim esse motum ad velocius et tardius. Hoc autem penitus irrationabile et fictioni simile. Adhuc autem et non latere in his rationabilibus: sensibilibus. n. iuxta inuicem posita. Quod quidem igitur et vnum et solum est celum: et istud ingenitum et sempiternum: adhuc autem motum regulariter: in tantum nobis dictum sit.

¶ Quidam impossibile esse quod vicissim intendatur et remittatur motus celi. Et hoc dupliciter. Primo quidem quia hoc videtur penitus irrationabile esse. et simile fictioni. Nulla. n. ratio assignari potest huius vicissitudinis. Secundo quia talis diuersitas in motu celi non lateret. Opposita. n. iuxta se posita magis sentiuntur: et tamen nihil tale percipimus: unde relinquitur quod in motu celi nulla sit irregularitas. Ultimo autem: quia hic finit sua consideratione de toto celo: epilogat in tantum dictum esse quod sit tantum vnum celum et quod sit ingenitum et sempiternum. et quod regulariter moueatur.

36. 4i. ¶ Vocatis autem astris consequens vtrique erit dicere: ex quibus constat: et in quibus figuris: et qui motus eorum. Lectio. X.

¶ Ostendit philosophus determinauit de celo: hic determinat de stellis: et primo determinat veritatem. secundo mouet quosdam dubitationes et soluit ibi. Duabus autem dubitationibus etc. Circa primum quatuor facit. primo determinat de natura stellarum secundo de motu eorum ibi. Quidam autem videntur etc. tertio de

ordine earum ibi. De ordine autem ipsarum etc. quarto de figura earum ibi. Figuram autem vniuscuiusque etc. Circa primum tria facit. primo dicit de quo est intentio. et manifestat veritatem ibi. Rationalissimum autem etc. Tertio excludit obiectionem ibi. Calor autem ab ipsis etc. Dicit ergo quod postquam determinatum est de toto celo: prius est ut dicamus de his que vocantur astra: ex quibus constant. i. ex qua natura sint: et quam figuram habeant: et quales sint motus eorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Rationalissimum autem et dictis consequens nobis vnumquodque astrozum facere ex eodem corpore: in quo existit latronez habens: quoniam dicebamus aliquid esse: quod circuli ferri natum est. Sicut enim ignea dicentes esse propter hoc dicunt: quia quod sursum corpus ignem esse dicunt: ut rationabile existens vnumquodque consistere ex his: in quibus vnum quodque est: similiter et nos dicimus.

¶ Quidam ex qua natura sint corpora stellarum. et primo proponit quod intendit dicens: quod ponere vnumquodque stellam esse de natura corporis sperici in quo mouetur: est in se consideratum valde rationabile: eo quod loca consequuntur naturas corporum. unde rationabile est: quod stelle pertineant ad naturam sphericam in qua situantur: sequitur etiam hoc ex necessitate ad ea que supra diximus. Dicitur enim. quod celum habet naturam aliam preter naturam quatuor elementorum: propter hoc quod habet alium motum naturalem a moribus elementorum. s. motum circulari: vnde cum stelle moueantur circulariter sicut sphericam celestem: prius est quod habeant eandem naturam cum sphericis celestibus. et differunt a natura quatuor elementorum. ¶ Sed circa hoc videtur duplex dubitatio. prima quidem dubitatio est quia corpora stellarum videntur habere differentiam ad corpora sperica celestium: ex eo quod sunt lucida: et videntur spissiora. et ita videntur in corporibus celestibus esse aliqua contrarietas. Contrarietas autem cum sit causa corruptionis videtur quod corpora celestia sint corruptibilia secundum suam naturam: quod est contra ea que in primo libro determinata sunt. ¶ Et ad hoc dicitur esse: quod non omnis diuersitas proprie loquendo habet rationem contrarietatis: sed ad hoc quod aliqua diuersa sint contraria: duo requiruntur: quorum vnum est quod sint nata aliquo modo esse in eodem subiecto vel primo vel saltem remoto: calor. n. contraria est frigus: quod tamen non est natus esse in igne: sed est natus esse in materia ignis: que est primum subiectum. secundo requiritur quod diuersa que sunt contraria: non possint esse simul: sed mutuo se expellant. Unde album et nigrum secundum quod sunt in materia: sint contraria mutuo se expellunt. secundum tamen quod sunt in intellectu: non habent contrarietatem sed sunt simul: quoniam vnum eorum cognoscitur per aliud: forme autem vel qualitates diuersae que videntur esse in corporibus celestibus nullo modo sunt nate esse in eodem: nec sicut in primo nec sicut in primo subiecto. Non enim corpus stelle est natum reduci ad dispositionem ceterarum partium sphericam celestis: sed nec e converso: sicut autem oportet dicere formas seu qualitates trias que sunt in inferioribus esse aliquo modo in corporibus celestibus non quidem vniuocae sed sicut in causis vniuersalibus per quosdam similitudinem ad modum quo forme que sunt particulariter in materia sensibili: sunt vniuersaliter in intellectu. Et ideo sicut non in intellectu: ita nec in corporibus celestibus sunt sub ratione contrarietatis. unde et plato dixit quod in corporibus celestibus sunt excellentie seu sublimitates elementorum que sunt primordialia eorum actiua principia. Contra parantur. n. corpora celestia ad elementaria sicut actiua ad passiva. Et ideo e contrario accidit in corporibus celestibus et elementaribus. nam corpora elementaria quanto magis congregantur per spissiores: tanto sunt magis materialia et passiva



et minus habentia de luce: sicut patet in terra que etiam dominatur in corporibus mixtis: sed in corporibus celestibus quod est maior congregatio per modum inspissationis: tantum magis multiplicat luminositas: et virtus actiua: sicut patet in ipsis corporibus stellarum. Sic igitur patet quod talis diuersitas que in corporibus celestibus apparet: non videtur habere rationem contrarietatis. Unde non sequitur quod sint susceptiua corruptionis: sequeretur autem hoc: si ibi esset vera contrarietas sicut in primo Aristotele ostendit. Secunda dubitatio est: quod cum in corpore celesti appareat diuersitas inter stellas et reliquas partes sperarum: videtur quod non sint simplicia corpora. Sed dicendum est quod intantum dicuntur corpora simplicia: in quantum non sunt composita ex contrariis naturis. Est tamen in eis aliqua diuersitas secundum naturam speciei: licet conueniant in natura generis sicut conueniunt in communi ratione motus quod circulariter mouentur. Secunda ibi. Sicut enim ignea res ostendit hoc etiam esse consonum aliquo modo dictis aliorum. Dicimus enim quod sicut illi qui dicunt stellas esse igneas: propterea hoc dicunt: quod celeste corpus existimat igne esse: quasi rationabile sit quod unumquodque astrum constet ex natura illarum sperarum in quibus est. Ita etiam nos dicimus quod stelle sunt de natura alia a natura quatuor elementorum: propter hoc: quod supra probauimus celos tales esse. Deinde cum dicit.

45. Calor autem ab ipsis et lumen generatur attrito aere ab illorum latione. Huius est enim motus ignire et ligna et lapides et ferrum. Rationabilius igitur propinquius igni: propinquius autem aer: velut et in latis sagittis. De ipse enim igniuntur sic: ut liquecant plumbee. Et quoniam igniuntur iste: necesse est eum qui in circuitu ipsarum aerem hoc ipsum pati.

Excludit obiectionem qua quidam opinabantur stellas esse de natura ignis sic argumentantes. Esse calidum et luminosum videtur esse proprium ignis: sed stelle calefaciunt et illuminant: ergo videtur quod sint de natura ignis. Et circa hoc tria facit: primo soluit hanc obiectionem per quoddam exemplum. Secundo ostendit differentiam exempli ad propositum ibi. De quidem ipse res. tertio respondet tacite questioni ibi. In hac maxime res. Dicit ergo quod calor et lumen generatur a stellis per quandam contritionem siue confricationem aeris ex motu eorum: non propter hoc quod sint ignea. Videmus enim quod motus natus est ignire et ligna et lapides et ferrum. unde multo magis rationabile est: quod per motum possit igniri corpus quod est propinquius igni quam predicta corpora: quod eorum que sunt sibi propinquiora: facilius est transmutatio inuicem: aer autem propinquius se habet ad ignem: quam corpora predicta. unde aer magis potest igniri ex motu quam predicta corpora. Et ponit exemplum de sagittis que cum sint plumbee quantum ad aliquam sui partem: ex vehementia motus sic calefiunt ut quando liquecant plumbum. Et quod iste sagitte igniuntur ex motu: necesse est: quod multo magis aer qui est in circuitu sagittarum ignitatur. Nec hoc est intelligendum quod calefactio sagittarum sit causa calefactionis aeris: sicut simplicius intellexit: sed magis est intelligendum quod calefactio aeris per motum: sit causa calefactionis sagittarum ut exposuit alexander. Aristoteles enim vult probare per locum a minori quod si sagitte calefiunt: necesse est quod aer circumstantis calefiat: qui est propinquior nature ignis: ut supra dixit: non autem per locum a causa ut intellexit simplicius. Deinde cum dicit.

De quidem ipse incalescunt propter in aere ferri: qui propter plagam motus sit ignis. Eorum autem que sursum unumquodque in spe

ra fertur: ut ipsa quidem non igniantur: aere autem sub circularis corporis spera existente: necesse est lata illa incalescere.

Ostendit differentiam exempli inducti ad propositum: et dicit quod ipse sagitte calefiunt: sed hoc non accidit in stellis: quia unaqueque stellarum non fertur per aerem: sed in propria spera separata ab aere. Et ideo ipse stelle non igniuntur nec calefiunt. Tum quia sunt longe ab aere quod ignitur per motum. Tum etiam quia non sunt susceptiue peregrine impressionis: sed aer qui existit sub spera corporis circularis: necesse est quod caleseat per motum sperae celestis: quia scilicet ex ipso motu sperae celestis mouetur non solum ignis: sed etiam aer usque ad istum aerem qui infra montes continetur ut apparet ex motu comatarum stellarum: ut dicit in primo methaurozum. Deinde cum dicit.

Et hac maxime cui sol exat infixus: propter que appropinquante ipso et oriente et super nos existente generatur calor. Quod quidem igitur neque ignea sunt: neque in igne feruntur: tantum nobis dictum sit de ipsis.

Respondet tacite obiectioni: scilicet non per motum sperae celestis aer inferior ignitur: cum spera celestis continue moueatur: videtur esse consequens quod semper debeat esse equalis calor in aere. scilicet estate et hyeme: nocte et die: cuius contrarium videmus. Sed ad hoc ipse respondet quod maxime calor ignitur per motum illius sperae cui sol est infixus. et ideo generatur calor: propter propinquitatem solis ad nos. Et hoc dupliciter. vno modo scilicet per suum ortum ascendit ad nostrum hemispherium superius. Alio modo in quantum accedit ad summitatem capitulum nostrorum: sicut non est maior calor in die quam in nocte: ita etiam est maior calor in meridie quam in mane. Ultimo autem concludit epilogando tamen dictum esse de stellis quod neque ipse sunt ignee nature: neque etiam feruntur in corpore igneo: sed supra speram ignis in speris celestibus. Est autem hic primo dubium: cum Aristoteles proponat quod ex motu stellarum generetur calor et lumen: videtur hoc insufficienter manifestare cum non manifestet de lumine: sed solum de calore. Et ad hoc respondet alexander quod id quod pertinet ad lumen reseruat ad determinandum ad librum de anima: in cuius 2o dicit quod lumen non est proprium ignis: sed est aliquid commune sibi et supremo corpori. Sed cum Aristoteles hic dicat quod vtrumque eorum generatur ex contritione aeris: melius est ut dicamus: quod vtrumque Aristoteles hic manifestat: per hoc quod ostendit ex motu superiorum igniri inferiora corpora: in igne autem inuenitur calor et lumen.

Sed adhuc dubium est ex qua natura contingat quod motus habeat virtutem igniendi siue calefaciendi. Ad quod respondet auerroys in suo commento. quod proprium est calidi esse mobile: et ideo cum aliquid actu mouetur fit etiam actu calidum. Sed hoc non videtur verum. primo quidem quod moueri non est proprium calidi sed cuiuslibet corporis naturalis. Nam ea que mouentur motu recto: in suis locis quiescunt: mouentur autem existetia extra sua loca: corpora autem celestia mouentur circulariter in suis locis: quod neque sunt calida neque frigida. 2o quod posterius non est causa prioris: si ergo moueri sit proprium calidi: magis erit calor a causa motus quam econuerso. Et ideo dicendum est quod sicut probat in 8. phycorum: motus localis est primus motuum: in quolibet autem genere: id quod est primum est causa eorum que sunt post in eodem genere: unde motus localis est causa alterationis que est prima inter alios motus. et precipue est causa prime alterationis: que est calefactio. Alteratio autem secundum omnes alias qualitates causatur ex alteratione primarum quatuor qualitatuum: inter que due actiue. scilicet calidum et frigidum: sunt partes passiuas. scilicet humidum



et sicco. Calidum autem est prius frigidum: sicut forma priuatione. ut patet ex supra dictis. unde motus localis ex virtute motus celestis: qui est primus localium motuum est causa caloris. ¶ Dubitatur autem ulterius cum sol immediate non tangat aerem neque ignem: quomodo ex motu solis causatur calor in aere et igne. Non enim media corpora celestia. scilicet sphaerae venere, mercurij, et lune: ex motu solis calefiunt. ¶ Ad quod respondet alexander: quod nihil prohibet ab aliquo agente aliquid alterari per medium: ita tamen quod illud medium non alteretur: sicut piscis qui dicitur stupor: stupefacit manus piscatoris mediante rebe: quod tamen non stupefit: recipit tamen aliquam impressionem piscis secundum suum modum: alio tamen modo quam manus. Ita etiam sol imprimit aliquid in corpora celestia media non tamen calefactionem: sed impressio solis pervenit ad corpora inferiora: per modum calefactionis secundum eorum conditionem. ¶ Sed contra hanc responsionem videtur esse quod Aristoteles dicit quod calor causatur in aere trito vel compresso per motus stellarum: hoc autem non est possibile: quod contritio vel compressio a motu solis perveniat ad aerem nisi media corpora celestia coterantur: quod est impossibile. Et ideo averroes in commento dicit quod totum corpus celeste movetur motu diurno quasi unum animal totum: motus autem planetarum proprius sunt quasi motus partium animalis. Causatur autem calor in aere precipue ex motu totius celi quod est motus diurnus: unde et Aristoteles dicit quod approximatur sole: et oriens: et super nos existente: generatur calor: quod quidem fit per motum diurnum. Manifestum est autem quod corpus alterans non alteratur solum secundum extremam superficiem qua tangit corpus alteratum: sed secundum suam totam profunditatem vel grossitatem. Et huius signum est quod corpus tenue: non est ita efficax ad alterandum: sicut corpus huius profunditatem vel grossitatem supposita identitate nature. Et ita totum celum calefacit: non solum secundum infimam sphaeram sed secundum totam grossitatem celi quasi una alteratio. Et ideo alteratio sequitur in istis inferioribus: non solum secundum orbem lune qui immediate contingit inferiora corpora: sed etiam secundum virtutes stellarum: in quibus est magis adunata: et quasi commassa virtus activa celestis corporis: et precipue secundum virtutem solis: que excedit corpora alia virtute et magnitudine. Quia igitur totum celum agitur quasi unum corpus secundum motum diurnum: non est intelligendum quod deorsum una sphaera imprimatur in aliam sed quod totum celum una impressione alteret inferiorem aerem virtute solis et aliarum stellarum quando nobis appropinquat. ¶ Sed etiam hec ratio non videtur esse sufficiens: ut simpliciter dicit primo quidem quod si secundum contritionem vel impressionem aeris ex motu celestis corporis parte sole causaretur calor aeris. primo quidem sequitur quod loca que sunt inferiora minus calefierent: tanquam magis remota a motu calefaciente: nunc autem videmus contrarium. Nam in planitie est maior calor quam in montibus. Secundo quod cum sphaera terre se habeat per modum puncti ad sphaeram solis sol supra terram existens videtur ex omni parte quasi equaliter esse nobis propinquus: et ita non deberet esse tanta differentia calefactionis ex sole quanta apparet inter mane et meridiem et inter hemes et estatem. Tertio quod nulla ratio esset quare minor esset calor in locis umbratis quam in locis in quibus radius solis pervenit. Et eisdem rationibus probatur quod sol non calefacit quasi ignem nunc existens. Et ideo simpliciter dicit: quod a solis corpore egrediuntur radii: quos dicit esse corporales. et quod celestia corpora que sunt infra solem que sunt immaterialia sine prohibitionem penetrare possunt per aerem aut penetrant per aeris poros: sed a corporibus solidis. scilicet terra et aqua reflectuntur ad equales angulos: quod ut probant prospectum: omnis reflexio fit ad equales angulos. Quia ergo radius solaris percutit terram diametraliter radius reflectitur in se ipsum: et sic fit maxima inspissatio. que causat maximum calorem: et hoc quia sol est directe super summitatem capitum ipsorum: quod autem sol est magis distans: ratio generatur minor calor: et inde est quod in hyeme et apud ortum solis vel occasum fit minor calor in aere: quod ratio

solares percutiunt terram secundum angulos magis obtusos: unde radius influxi magis distans a radijs post obiectis: et per hoc Aristoteles signanter non simpliciter dixit quod sole magis appropinquante generatur maior calor: sed addidit oriens: et super nos existente: ut intelligatur approximatio per respectum ad summitatem capitum nostrorum: non autem secundum quantitatem linearum a sole ad nos ductarum: quod fere ex omni parte sunt equales. Et si quidem intelligat simpliciter in his verbis radios esse corpora. commingentia aerem: et inspissantia: et per hunc modum calefacientia: expresse falsum dicit: probat enim Aristoteles in 2<sup>o</sup> de anima quod radius neque est corpus neque defluxus corporis alicuius: si vero dicat radios esse corporales: quia ad modum corporum se habent: in quantum directe prociuntur et reflectuntur a corpore spisso: quod radius penetrare non possunt: sic verum dicit. Tales enim reflexiones per contra resistantiam corporum: non solum competunt corporibus sed etiam qualitativis. nam et calor reflectitur cum inuenit obstaculum: et similiter huiusmodi. Si quis autem diligenter consideret omnia que dicta sunt aliquantulum vera sunt: dicit enim Aristoteles quod a stellis generatur calor et lumen trito aere ab illorum latione: quod non videtur sic intelligendum quod calor et lumen generentur per aeris contritionem ex motu celestium corporum. Non enim agitur hic de lumine ignis generati ex motu: ut prius dicebat: sed de lumine quod causatur ab his stellis in quantum sunt entia lucida in actu. Duplex est ergo causa caloris ex corporibus celestibus in his inferioribus generati. una quidem causa est motus: alia causa est lumen. Quare autem motus causa sit calefactionis supra dictum est. Non est autem intelligendum quod mutua contritio vel confricatio corporis celestis et aeris sit causa caloris: sed solum motus aeris ex superiori motu celestis corporis causatus: movetur autem aer superiori et similiter ignis secundum motum diurnum celi totius secundum virtutem solis et omnium stellarum ut averroes dicit. Secunda autem causa calefactionis corporum inferiorum ab astris et precipue a sole est lumen: quod quidem habet virtutem calefaciendi in quantum est qualitas activa primi alterantis. scilicet celi. et directe causat qualitatem primam inferiorum corporum que est calor. Et quod hec qualitas. scilicet lumen magis abundat in sole inde est quod est maxime potens ad calefaciendum. Reliqua autem celestium corporum: in quantum participant de lumine: que est uniuersalis virtus activa celestium corporum: habent virtutem calefaciendi. in tantum: quod etiam lumen lune est calefactiuum secundum id quod prius dicit in libro de partibus animalium. quod noctes plenilunij sunt calidiores: unde quidam pisces mouentur ad superficiem aque. Quod autem quidam astra dicantur in frigidare: vel humectare: averroes in commento dicit hoc non esse per se: sed in quantum agunt calorem per portionatum. unde reprehendit auicennam: qui dicit quod stelle faciunt in frigidationem et calefactionem. Sed in hoc non recte dicit averroes. Illud enim videtur esse per accidens: quod non per se producitur ab agente. Corpora enim celestia sunt activa respectu eorum que sunt hic. Si igitur non per se agerent frigiditatem et humiditatem et alia huiusmodi: sequeretur quod ista essent per accidens in uniuerso. Item cum omnes forme substantiales inferiorum corporum sint ex virtute celestium corporum: dicitur quod ex eorum virtute sint etiam qualitates que sunt calidum frigidum humidum et siccum. et alia huiusmodi. Dicendum est ergo quod omnia corpora celestia secundum communitatem virtutem luminis habent calefacere: sed secundum alias proprias virtutes singulis corporibus attributas habent non solum calefacere. et in frigidare. sed etiam omnes alios effectus corporales efficere in istis inferioribus. Et secundum influentiam luminis et hanc virtutem: verum est quod alexander dicit media corpora celestia recipere impressionem solis alio modo quam corpora inferiora. Est igitur considerandum



dum q̄ fm q̄ calor causatur in inferioribus corporibus ex motu astroꝝ ⁊ totius celi: corpora propinquoꝝa celo .s. ignis. ⁊ superior aeris pars que circuferuntur fm motum celi sunt calidiora. fm autem q̄ ex lumine stellarum causatur calor: sunt calidiora ea que sunt infima: qz in superiorib⁹ reflexioꝝe radioꝝ magis dispergunt. Et i- de est etiā q̄ circa terrā plēs spēs rerū generant ex v̄tute radioꝝū solis: ⁊ stellarū q̄ p reflexionē circa terrā mltipli- cant. ¶ Mouet aut̄ q̄onē alexāder si corpa celestia suo motu cōterūt aerē: videt̄ seg q̄ sint tāgibilia: ⁊ videt̄ seg q̄ sint calida: ⁊ frigida: hec. n. sunt p̄ime tāgibiles q̄lita- res: vt dicit̄ in sc̄do de generatiōe. Sed ad hoc ō facili p̄- r̄isso per id qd̄ phis dicit̄ in p̄ de generatiōe q̄ illa q̄ sunt nata agere ⁊ pati adinuicē: taliū q̄litates sunt calidum ⁊ frigidū: corpa aut̄ celestia agūt. ⁊ nō patiunt̄. Un̄ tāgūt ⁊ nō tāgunt̄. vnde in corpib⁹ celestib⁹ nō sūt q̄litates tāgibi- les p̄ modū quo sūt in inferiorib⁹ corporib⁹: sed p̄ modum eminētiōꝝe sicut in cā actiua: nō ē. n. ibi calidū. v̄l frigidū humidū. v̄l siccū: sed v̄tus q̄ est hoꝝ causatiua: sicut nō est ibi graue ⁊ leue s; loco hoꝝ est ibi ap̄tudo ad motū cir- cularē. Raz aut̄ ⁊ densūz iuenit̄ in corpib⁹ celestib⁹ fm q̄ astra sunt spissioꝝa: ⁊ magis cōmassata q̄ spere eoz: nō tñ fm differētiā p̄rietatis: sed solū fm additionē ⁊ dimi- nutiōnē virtutis: ⁊ s; maiorē ⁊ minorē p̄gregatiōez p̄tū.

23. 43.



¶ Noniam autē videntur ⁊ astra trās- lata ⁊ totum celum necessariuz: aut quiescentibus vtrisq; fieri translatio- nem: aut motis: aut hoc quidem qe- scente: hoc autem moto.

Lectio. XI.



¶ Ostē p̄hs ostēdit q̄lis sit nā stellarū: hic deter- minat de motu eoz: ⁊ p̄mo ostēdit q̄liter stel- le moueant̄. ⁊ ostēdit: vtrū ex eoz motu son⁹ causef̄ ibi. Manifestū aut̄ ex his rē. Circa p̄- mum ostēdit stellaras nō p̄ se moueri: sed defer- ri eas motu orbiū trib⁹ rōnib⁹: quaz̄ p̄ima sumit̄ p̄ com- parationē stellarū ad orbes: in q̄ qdē rōne vnū p̄supponit ex eo qd̄ apparet fm sensuz: videm⁹. n. totū celū ⁊ stellaras moueri: Necessē est aut̄ h⁹ p̄tingere trib⁹ modis: vno qdē mō: ita q̄ vtrūq; gescat. s. ⁊ stella ⁊ orbis. Alio qdē mō: ita q̄ vtrūq; moueat̄. 3⁹ vō mō ita q̄ vnū gescat ⁊ alteruz moueat̄: hac aut̄ diuisiōe posita: p̄sequit̄ tria mēbra su- pra dicta. Et p̄mo sequit̄ primum cum dicit̄.

23. 44.

¶ Vtraq; quidem igitur quiescere impossi- bile quiescente ⁊ terra. Neq; n. vtrūq; fierēt que videntur. Terra autem supponatur quiesce- re. ¶ Relinquitur autem aut vtraq; moueri: aut hoc quidē moueri: hoc aut̄ quiescere.

¶ Circa qd̄ dicit̄ q̄ impossibile ē dicere q̄ vtrūq; gescat. s. stella ⁊ orbis: si supponat̄ q̄ etiā terra gescat. Nō. n. poss; saluari apparēs mot⁹ stellarū: si ⁊ stelle q̄ vident̄ moueri gescerēt: ⁊ oēs q̄ vidēt̄. Qz etiā motus appareat: causat̄ ex motu visibilis v̄l ex motu vidētis. ⁊ iō qdā ponētēs stel- las: ⁊ totū celū gescere: posuerūt terrā in q̄ nos habitam⁹ moueri ab occidēte circa polos egnociales q̄libz die sel. ⁊ ita p̄ motū nostrū videt̄ nobis q̄ stelle in p̄ziū mouean- tur: qd̄ qdē dicit̄ posuisse eraclitus pontic⁹. ⁊ aristarc⁹: sup- ponit aut̄ Aris. ad p̄ns q̄ terra gescat: qd̄ postmodū p̄ba- bit. Un̄ relinquit̄ remoto primo mēbro: quo ponebat̄ ce- lū ⁊ stellaras gescere: alterū duoz mēbroꝝ verificari. s. vel q̄ vtrūq; moueat̄. s. stella ⁊ orbis: v̄l q̄ vnuz eoz moue- atur: ⁊ alterum quiescat. ¶ Deinde cum dicit̄.

¶ Siquidem igitur ambo mouebuntur: irra- tionabile easdem velocitates astroꝝū esse ⁊

circuloꝝū: vnumquodq; n. equē velox erit circulo secundum quem fertur: videtur. n. si- mul circulis constantia iteruz in idem: accidit igitur simul astrumq; pertransiisse circuloꝝū: ⁊ circulum allatum esse ea que ipsius latiore pertransientem ea que ipsius periferiā.

¶ Destruit alterū membruz. s. q̄ tam stella q̄ orbis mo- ueatur. ⁊ dicit̄ q̄ si ambo mouētur: videtur sequi quod- dam quod est irrationabile. s. q̄ sit eadem velocitas stel- le ⁊ circuli deferentis ipsam: si. n. vtrūq; mouetur: opoz- tet dicere: q̄ velocitas vniuscuiusq; stelle sit equalis: ve- locitati circuli in quo fertur. Apparent enim stelle simul cum circulis redeuntēs iterum in idem a quo inceperant moueri: ⁊ hoc quidem manifeste apparet si loquatur de stellis fixis: que sunt in spha octaua. nam omnes huius- modi stelle simul cum tota spha videntur vno motu mo- ueri: ita q̄ stella que est in circulo equinoctiali: qui est cir- culus maximus diuidens spha per medium: in eodēz tempore circuit totum circulum suum magnum: in quo tempore alia stella que est in minori circulo: versus alte- rum poloꝝū: circuit circulum suum paruum. Et sic cuz illud sit velocius quod in equali tēpore mouetur per ma- ius spaciū: vt patet in. 6. physicoꝝū: sequitur q̄ stella quanto est in maiori circulo: tanto sit velocior̄is motus. Et similiter quanto circulus est maior: tanto motus eius erit velocior̄. Et potest etiam hoc intelligi vt alexander dicit̄ adaptando ad circulos planetarum. Nam sc̄dm q̄ mouentur motu diurno: simul reuoluuntur cum supre- ma spha: nisi inq̄tuz per motus proprios planete in suis circulis per aliquod spaciū retrocedunt. Et quia circulus superioris planete est maior. sequitur q̄ superior pla- neta sit velocior̄ q̄tum ad motum diurnum: quia in eodē tempore per maiorem circulum reuoluitur. Sic igitur tam in stellis fixis q̄ in planetis: aliquiditer accidit: q̄ simul stella pertransiit totum circulum: ⁊ q̄ circulus est motus proprio motu pertransiēdo propriam perife- riam. i. circumferentiam: quod quidem intelligitur inq̄- tum aliquod punctum signatuz in circulo redit ad pristī- num statum. Sic igitur ostēso q̄ accidat ex dicta positi- one easdem esse velocitates astroꝝū: ⁊ circuloꝝū ostē- dit hoc esse irrationabile vt supposuerat. ¶ Deinde cū dicit̄.

¶ Non est autem rationabile: eandem ratio- nem habere velocitates astroꝝū ⁊ magnitu- dines circuloꝝū. Circulos quidem. n. nihil inconueniens: sed necessariuz analogice habe- re velocitates magnitudinibus. Astroꝝū au- tez vnumquodq; quod in his non valde ratio- nabile: siue. n. ex necessitate maiori circulo la- tum velocius erit: palaz qz ⁊ si transponantur astra in eos qui inuicem circulos. Hoc quidē erit velocius: hoc autem tardius. Sic autem non vtrūq; habebunt proprium motum: sed fe- rent̄ vtrūq; a circulo: siue a casu p̄tingit. ¶ Neq; sic rationabile vt ⁊ in omnib⁹ simul: circulus quidem sit maior: ⁊ latior velocior̄ eius quod in ipso astra: vnum quidē. n. aut duo hunc mo- dum habere nihil inconueniens: omnia autēz similiter fictionis assimilantur. Simul autēz ⁊ non est in his que natura quod vt contingit ne- q; vbiq; ⁊ in omnibus ex̄ns qd̄ a fortuna.

23. 46.

23. 45.



**C** Et primo quidem proponit qd non est rationabile qd sit eadem velocitas astrozum & magnitudinis circulozum: vt. s. tanto aliquod astrum sit velocius qto mouetur in maiori circulo. scdo autem ostendit non esse inconueniens hoc dicere circa ipsos circulos: imo magis videtur necessarium qd eorum velocitates: analogice. i. proportionabiliter se habeant ad eorum magnitudines: quia ita videmus in omnibus corporibus naturalibus: qd qto aliquid fuerit maius: tanto velocius mouetur motu proprio. Et sic si non est rationabile: qd velocitas stellarum proportionetur magnitudini circulozum. Est autem rationabile qd velocitas circulozum proportionetur magnitudini proprie: consequens est irrationabile esse equales velocitates astrozum & circulozum. Qd autem non sit rationabile qd motus cuiuslibet stelle proportionetur in velocitate magnitudini sui circuli: sic ostendit. Quia aut hoc contingeret ex necessitate naturali: aut a casu. si autem contingat ex naturali necessitate qd stella sit velocior: que mouetur in maiori circulo: sequitur qd si transponantur stelle in alios circulos. vt. s. stella que prius erat in maiori circulo. postea ponatur in minori: sequetur qd stella que prius erat tardior: sit velocior: & e conuerso. Et ita videbitur qd stelle non habebunt proprium motum: sed mouebuntur a circulis: & ex quo stella non conseruat velocitatem aliquam propriam in suo motu: sed velocitas eius consequitur solum magnitudinem circuli. Si autem dicatur qd hoc contingit a casu qd stella: que est in maiori circulo velocior moueatur: hoc improbat dupliciter. primo quidem qd si hoc esset a casu: non esset rationabile in omnibus circulis & stellis hoc inueniri: simul esse maiorem circuli magnitudinem & maiorem velocitatem motus stelle. Qd. n. hoc contingeret in vno vel in duobus: non videretur esse inconueniens sed qd hoc contingat in omnibus: & a casu: videtur esse quoddam ficticiu. Ea. n. que sunt a casu non eodem modo se habent in omnibus aut in pluribus: sed in paucioribus. Scdo ostendit qd hoc non possit esse a casu per hoc qd casus non contingit in his que sunt a natura. sed ea que casualiter fiunt: sunt preter nature ordinem. Unde ea que a casu vel fortuna fiunt non similiter se habent in omnibus sicut ea que sunt a natura. Cum igitur in motibus celestium corporum nihil sit preter naturam: vt supra habuimus est: non potest esse: qd hoc quod dictum est a casu accidat. Et ita patet non esse verum qd simul circulus & stella moueatur & equali velocitate. Potest etiam ad hoc improbandum alia ratio induci: qd vt alexander dicit: sequetur qd alter motus esset superfluus: quod non contingit in his que sunt a natura. **C** Deinde cum dicit.

26. **C** Sed adhuc iterum siquidez circuli manent: 46. astra autem mouentur eadez: & similiter erunt irrationabilia. Accidet enim velocius moueri que extra: & velocitates esse secundum magnitudines circulozum.

**C** Inquirit de tertio membro. & primo ostendit. qd non est possibile qd stella moueatur: & circulus quiescat. & dicit: qd si dicatur circulos manere in eodem situ. & stellas moueri: sequentur eadez irrationabilia que & prius. Accidet. n. qd stella velocius moueatur que est extra. & si hoc referamus ad stellas fixas: dicetur stella esse extra que est extra polos propinquior equinoctiali: si autem referamus ad planetas: dicetur esse extra stella: que est in circulo continenti: contentum. n. est infra continens. vtrobique. n. modo circulus qui est extra est maior. & ita sequetur qd velocitates stellarum sint proportionabiles magnitudini circulozum. **C** Scdo cum dicit.

**C** Quoniam quidem igitur neq; vtraque mo-

ueri rationabile: neq; astrum solum: relinquuntur circulos quidem moueri: astra autem quiescere: & infixi circulis ferri. Solum enim vtrique sic nullum irrationabile accidit: celeriozem. n. esse maioris circuli velocitatem rationabile eorum que circa idem centrum collocatozum: sicut. n. in alijs maius corpus velocius fertur propria latione: sic & in circularibus. maior enim ablatozum ab his que ex centro maioris circuli decisio. **C** Itaque rationabiliter in equali tempore maior circufertur circulus: & non diuelli celum propter hoc accidit. Et quia ostensum est continuum ens totum.

**C** Verificat vltimum membrum diuisionis dicens: qd quia neq; rationabile est qd vtrunq; .s. tam stella qd circulus moueatur neq; etiam rationabile est qd solum stella moueatur: relinquitur qd circuli. i. spera moueantur: sed altera fm se quidez quiescant: quasi non per se mota: sed mouentur ad motum sperarum: quibus sunt infixe: non sicut alterius nature existentes: sicut clauus ferreus infigitur rote lignee: sed sicut eiusdem nature existentes: ac si stella sit nobilior pars spera: in qua congregatur lumen & virtus actiua. & hoc quidem rationabile est dicere: quia hoc posito: nihil irrationabile sequitur. primo enim non est irrationabile qd sit maior velocitas maioris circuli. inter circulos tamen collocatos circa idem centrum hoc proprie accipiatur oportet hoc referri ad diuersos circulos planetarum: qui fm intentionem Aristo. omnes sunt circa idem centrum quod est terra. Non. n. astrologi sui temporis ponebant ecentricos neq; epiciclos. Non autem poterit hoc referri ad diuersos motus: quos describunt stelle fixe in suo motu. Non. n. omnium eorum circulozum est idem centrum. Sed si ad stellas fixas referre velim' oportet qd hic nomine centri: polus significetur: eo qd sicut se habet centrum ad circulum in superficie plana: ita se habet aliqualiter polus ad circulum in superficie spherica. Cum autem in eadem spera designantur diuersi circuli circa eorum polos: tanto aliquis circulus est minor: & tardioris motus: qto est polo propinquior. sicut & iter circulos adiuices positos: tanto aliquis circulus est minor: & tardior: qto est propinquior centro. Unde centrum & polus sunt indiuisibilia & penitus imobilia: ideo autem hoc dixit esse rationabile: quia & in alijs corporibus que mouentur motu recto: qto aliquod corpus est maius: tanto velocius mouetur deorsum. E contrario autem se habet in motu violento: in quo corpus: qto est maius: tanto tardius mouetur. vnde & in corporibus que mouentur motu circulari: cum motus eorum sit regularis rationabile est: qd qto circulus fuerit maior: tanto velocius moueatur. Et qd motus maioris circuli sit velocior: patet ex hoc qd si a centro ducantur due linee recte per omnes circulos vsq; ad supremum: portio illa que abscinditur ab his duabus lineis: erit maior in circulo maiori: & minor in minori. Et eadem ratio est si ducantur due linee circulares a polo per omnes circulos vsq; ad maximum eorum. Cum ergo vna dictarum duarum linearum circularium tota simul perueniat ad locum in quo erat alia: manifestum est qd in maiori circulo pertransibit maiorem portionem in eodem tempore: & hoc est velocius moueri. s. pertransire maius spacium in equali tempore. Sic ergo rationabile erit qd maior circulus pertransibit maius spacium in equali tempore: & ita motus erit velocior. Secundo autem non accidit hoc inconueniens: qd celum

26.  
47.

26.  
47.



diuellatur. i. scindat qd oportebit dicere si stelle mouentur  
 et orbis quiescant: et precipue: qz onsum est q totu celu est  
 cotinuum: ita q inferiora: spera tangit supioze fm totuz.  
 Si igitur orbis quiesceret et stelle mouerent: si quidem  
 stelle essent profundate in corporib<sup>9</sup> speraz: sequeret q  
 suo motu diuellerent siue diruperent ipsam speraru sub/  
 stantiaz. Si aut mouerent in superficie spera supiozis: opoz  
 teret q vel inferiora spera scinderetur a motu stelle. vel q  
 esset aliquod spacium medium inter duas speras fm qsti  
 tatem stelle. et hoc spacium oporteret vel esse vacuum vl  
 esse plenum aliquo corpore passibili quod dirumperetur  
 ad modum aeris vel aque per motum corporis transeun  
 tis. Utrunq<sup>9</sup> autem horu est impossibile. Sed hec omnia  
 inconuenientia euitantur si ponamus stellas non moue  
 ri per se: sed solum per motum orbium. Nec autem expo  
 sitio que dicta est conuenit tam qstum ad stellas fixas qz  
 etiam qstum ad planetas. Potest autem aliter exponi qz  
 q refertur solum ad stellas fixas: qz. n. probauerat q mo  
 tus maioris circuli est velocior per qsttatem portionum  
 intersectarum a duabus lineis procedentibus a centro vl  
 a polo: probat hoc iterum alia ratione: qz nisi maior circu  
 lus in spera stellarum fixarum velocius moueretur: seq  
 retur q spera stellarum tota non esset continua sed diuel  
 leretur per partes cum stella que est in minori circulo: si  
 haberet motum eque veloce: oporteret q in minori tem  
 pore suum circulum perageret: hoc. n. est de rone eq velo  
 cis q in minori tempore minus spacium pertranseat.

48. **C** Adhuc autem quoniam spherica astra: que  
 admodum et alij dicunt et nobis concessus di  
 cere ex illo corpore generantibus. Spherici au  
 tem duo motus sunt per se: uolutatio et circu  
 giratio: siquidem igitur mouentur astra per se  
 ipsa: altero utiqz mouebuntur horum: sed neu  
 tro uidentur. Circugirata quidem enim utiqz  
 manerent in eodez: et non transferratur quod  
 et uidentur: et omnes dicunt. Adhuc autem oia  
 quidem rationale eodem motu moueri: so  
 lus autem uidetur astrozum sol hoc operari  
 oriens et occidens: et iste non propter ipsum:  
 sed propter elongationem nostri uisus: uisus  
 enim distans longenuat propter infirmitatez  
 que causa forte et eius quod est scintillare uide  
 ri stellas fixas: planetas autem non scintillare.

Planete quidem enim prope sunt. Quare po  
 tens existens ad ipsos pertingit uisus: ad ma  
 nentes autem tremat propter longitudine por  
 rectus longe ualde. Tremor autem ipsius astri  
 facit uideri esse motus. Nihil. n. differt moue

49. **C** Sed adhuc q  
 necq uoluntur astra manifestuz: quod. n. uol  
 uitur: uerti necesse est. Lune autem semper pa  
 rens est: quod uocatur facies: itaqz quoniam  
 mota quidem per seipsa proprijs moueri mo  
 tib<sup>9</sup> ronabile. His at no uidet mota: palā qz no



utiqz mouebunt p seipsa. Lec. XII.  
 Remissa prima ratione ad ostendendum q  
 astra mouentur per motum circulozum: que  
 sumebatur ex comparatione stellaruz ad cir  
 culos seu orbis: hic ponit rationem scdm q

sumitur ex figura stellarum: que talis est. Stelle sunt spe  
 rice figure. unde si moueretur: oporteret eas moueri mo  
 tu qui est proprius corpori sperico: qui est duplex. s. uolu  
 tatio. et circugiratio. Neutro autem istorum duorum mo  
 tuum stelle mouentur. ergo non mouentur. fm seipsas: s3  
 hoc quod apparet de motu earum est qz mouentur scdm  
 motu circularē. Primo ergo pponit stellas eē sperice figu  
 re: qd qdē manifestat duplr. Uno mō qz oēs aly ita dicūt  
 .s. stellas eē spericas: et ita h<sup>o</sup> est tāqz pbabile accipiendū.  
 Alio mō h3 rōez: q sumitur ex pdeterminatis: dictū est. n.  
 q stelle sūt facte ex nā celestiu corporuz. unde o3 pferi q  
 habeāt eandē figurā quā h3 celū. Onsum est aut supra ce  
 lum eē sperice figure. unde oportet stellas sperice figure  
 esse: deinde ostendit differentiam motuum circularium  
 qui sunt pprie sperici corporis. et dicit q duo sunt motus  
 sperici corporis qui conueniūt ei per se. i. fm rationem p  
 prie figure. s. reuolutio: et circugiratio. Differunt autem  
 hi duo motus fm diuersitatem axis et poloꝝ sup quos  
 intelligitur corpus spericuz moueri. et hoc p cōparationē  
 ad nos. Si. n. intelligat corpus stelle moueri sup duos po  
 los: quozum vnus sit in superficie que est uersus nos: et ali  
 us in superficie opposita: ita q intelligamus axē eē lineā  
 transeuntē p profunditate stelle: sic stella mouetur motu  
 circugirationis conseruās eandē superficiem uersus nos:  
 ad moduz quo mouetur mola molendini. Si uero intel  
 ligatur corp<sup>9</sup> stelle moueri sup duos polos: quoz uerqz  
 accipit in quacūqz pte qua coniungit corpori sperice: sic in  
 suo motu nō semp seruabit eandē superficiem uersus nos:  
 et erit motus uolutatiōis. Quia igitur isti duo motus sūt  
 pprii corporis sperici: oportet si stelle mouent<sup>9</sup> per seipsas  
 q altero horuz motuum moueant: deinde ostendit q neu  
 tro horum motuum causetur motus: qui in eis uidetur. et  
 primo ondit q motus qui in stellis uidetur: non sit mot<sup>9</sup>  
 circugiratiōis: et hoc idem. pbat dupliciter. Primo qui  
 dem: qz si corpus stellarum moueret motu circugiratio  
 nis: oporteret q quelibet partes stelle mutarent loca sua  
 tamen tota stella maneret in eodē loco fm subiectum: di  
 uersificato solum fm rationem. sicut patet ex his que p  
 bantur in. 6. phicoꝝ. Talis. n. est dispositio motus sper  
 ci: eo q est circa centrum: et polos q non mouent: sed hoc  
 nō possumus dicere in stellis qz cōtrariuz huius apparet  
 sensu. uidemus. n. quāqz stellas in oriente quādoqz in occi  
 dente: similiter etiam hoc ab oibus dicit q spera et stelle  
 non semper manēt in eodem loco: sed de uilo loco tran  
 feruntur in aliū: nō ergo motus qui apparet in eis est mo  
 tus circugirationis. Alio modo ondit idem: qz si motus  
 circugirationis conueniret stellis rationale esset q oēs  
 tali motu mouerent: eo q omnes sunt vnus nature. s. de  
 natura celestis corporis: ut supra onsum est: sed talis mo  
 tus non apparet in omnibus stellis: sed solum in sole: nec  
 etiam in quacūqz parte celi sit: sed solum quādo oritur: et  
 quando occidit. et hoc ipsum nō accidit ppter ipsum solē  
 qz circugiret: sed propter elongationem uisus nostri a so  
 le. uisus. n. noster qz longe distat a sole nutat. i. tremat pro  
 pter infirmitatem suam inqstum supuincit a super excel  
 lenti claritate solis. Et ista etiam forte est causa q stelle  
 fixe uidentur scintillare propter maximā distantiam ear  
 um a nobis: eo q sunt in spera octaua. planete autē non  
 uidentur scintillare: pp hoc q sunt propinquiores nobis.  
 Et ideo uisus noster potens est in suo uigore ptingere ad  
 ipsos: s3 respiciēs ad stellas manētes. i. fixas uisus noster  
 tremat quasi porrect<sup>9</sup> ualde in longinquū pp elōgationē  
 illaz stellaruz a nob. Tremor aut q accidit in visu nro: fac  
 uideri q astrū moueat vl h3 scintillationē. sic stella fixa.  
 vl et h3 circugiratoez sic sol eo q nihil differt qstū ad h<sup>o</sup>  
 q aliqd uideat moueri: utz moueat uisus: uel res q ui



datur sicut patet de illis qui nauigant circa littora: qd  
 qd ipsi sunt in motu. videtur eis qd montes et terre moue  
 antur. Est aut circa ea que hic dicuntur considerandum qd  
 pbus dicit hic qd visus noster tremat porrectus longe val  
 de respiciens ad stellas fixas: nō qd visus fiat extra mitten  
 do: qd improbat in libro de sensu et sensato: sed qd in hu  
 iusmodi eadem ratio est siue visus fiat extra mittendo si  
 ue intus suscipiendo. Conatur enim visus ad videndum  
 rem a remotis: non solum si oporteat eum radium visua  
 lem emittere vsq; ad corpus distans: sed etiam si oportet  
 at eum suscipere speciem a corpore distante prouenientē  
 qd corporis distantis debilius est impressio. et ideo difficili  
 us est eam sentire. vtrū aut modo loquēdi ac si visus fiat  
 extra mittendo. qd mathematici ita vtunt in suis demon  
 strationibus: et plures hoies ita loquunt. Noibus aut vtē  
 dum est vt plures sicut ipse dicit in 2<sup>o</sup> thopicoz. Itēz cō  
 siderandū est qd stellas quasdam vocat fixas vel manētes:  
 nō qd oīno nō moueant. sicut motū sue spere. sicut et plane  
 te qui dicuntur erratici: sed qd semp a se inuicē pseruant eā  
 dem distantia et elongationē: qd de planetis nō accidit.  
 Item qd dicit plāetas nō sintillare sicut simplicius dicit:  
 intelligendū est vt in plurib<sup>9</sup>. Nā mercur<sup>9</sup> sintillat. vnde  
 et i greco nominat<sup>9</sup> stilbon a sintillado: soletia et scintil  
 lat et circūgirari videtur: s; sintillatio quidē videt esse ex  
 eo: qd visus nō potest pfecte apprehendere rem visā: qd  
 qdēz in stellis fixis accidit pp eaz distantia: in sole autēz  
 pp excellentia claritatis. Circūgiratio aut videt ex eo: qd  
 res visa potens est ad emittendū visum in tm qd circūuo  
 luto spiritu visibili: videat ipse sol circūuolui. Et inde est  
 qd maxie videt circūgirari in ortu: hoc qm visus noster  
 magis potest defigi in ipsuz: qd nō tāta virtus est claritatis  
 eius pp vapores terrenos: cū aut eleuat<sup>9</sup> fuerit pp excel  
 lentia claritatis nō potest oculus in tm defigi in ipsuz: qd suf  
 ficiat ad apparentia circūuolutiōis s; eū videt sintillatē.  
 Alexander aut dicit qd ideo sol i ortu et occasu videt circū  
 girari: qd sentit duplex motus ei<sup>9</sup>. s. diurnus et motus pro  
 prius ex cōparatione ad getez terre: s; hoc nō est credibi  
 le qd mot<sup>9</sup> solis pcipue quo mouetur motu proprio possit  
 in tam breui spacio picipi: cū vix etiā in multis dieb<sup>9</sup> sen  
 tiat. Arist. etiā dicit in lra qd ista circūgiratio apparet nō  
 pp ipsum solē: sed pp elongationē visus nostri. Et est sciē  
 dus qd plato posuit stellas preter hoc qd mouent<sup>9</sup> motu or  
 bium: moueri motu circūgirationis: quod quidē simpli  
 cius nititur ostendere esse verum multipliciter: primo quia  
 cū stelle sint corpora nālia: oportet qd habeant aliquē mo  
 tum naturalē: et qd sunt de natura celi: oportet qd scdm se  
 ipsas moueantur motu circulari qui est circūgiratio. Se  
 cundo qd stelle scdm plures sunt corpora animata: et ita oportet  
 qd per se moueant. Et quibus sint quodam mō ptes or  
 bium: bnt tm s; seipsas ppriam itegritatē et circūgiratio  
 nem. 3<sup>o</sup>. qd cū figura spherica sit aptissima ad motū circu  
 lare. sicut est ineptissima ad alios motus. videt qd stelle  
 moueant circulariter motu circūgiratiōis s; seipsas. et s;  
 hoc plato posuit qd stelle fixe mouent<sup>9</sup> duob<sup>9</sup> motibus. s.  
 motu circūgiratiōis s; seipsas: et motu orbis: qd vident<sup>9</sup>  
 moueri ab oriente in occidentē: stelle aut erraticē mouen  
 tur s; ipsum trib<sup>9</sup> motibus. s. motu circūgiratiōis. et mo  
 tu pprii orbis. et motu supremi orbis: qui est motus diur  
 nus. Dicit. n. simplici<sup>9</sup> qd Arist. hāc pōne nō intēdit nūc im  
 probare. Nō. n. ostendit qd stelle nullo modo circūgrent: s;  
 qd iste motus qui sensibilibiter apparet in stellis nō est cir  
 cūgiratio: qd circūgirata manēt in eodē loco s; motū: stel  
 le aut s; motū qui est in eis videt qd nō maneāt in eodē  
 loco. qd circūgiratio videtur in sole apertius in ortu et oc  
 casu: ppter hoc ostendit qd id quod in eo videt de hō motu  
 nō est propter seipsuz: sed ppter passionē visus nostri. S;

qd ppositū Arist. fuit nō recedere ab eis qd ad sensuz appa  
 ret. qd talis circūgiratio nō sensibilibiter apparet in stellis: iō  
 nō asseruit hunc motū in stellis esse: licet nō directe ipro  
 bauerit simul etiam qd motus celestiu corporuz causant  
 motus inferioruz corporuz in qd tum appropinquāt vel elon  
 gan<sup>9</sup> a nobis: secundū aut huiusmodi stellarum circūgi  
 rationē nullus defectus deprehendit in istis inferiorib<sup>9</sup>:  
 nec secundū hunc motū stelle appropinquāt vel elongā  
 tur a nobis. Et ideo Arist. nō curauit hūc motū attribue  
 re stellis. Deinde ostendit qd stelle nō mouentur motu volu  
 tationis. Illud. n. qd reuoluitur: necesse est qd reuoluatur  
 ita. s. qd nō semper eadē superficies eius appareat: sed vi  
 demus qd in aliquo astroz. s. in luna semp eadē supfcies  
 nobis apparet. s. illa supfcies qd vocat<sup>9</sup> facies: eo qd appet  
 in ea qdā distinctio. sicut in facie hois qdā distinctio s; m  
 qdā lineationē videt. Et sic p; qd luna nō mouet<sup>9</sup> motu  
 volutatiōis. Et eadē rōne nec stelle alie: qm cū sit eadem  
 nā oīuz stellaruz: eadē ratio videt eē de vna et de alijs. et ita  
 cōcludit qd qd stelle si p se mouerent<sup>9</sup> rationabile eēt eas  
 moueri p; motib<sup>9</sup> qd sūt regiratio et volutatio. his aut  
 motib<sup>9</sup> nō mouent<sup>9</sup> vt ostendit<sup>9</sup> est: nō est qd stelle p seipsas  
 nō moueant. Cōsiderandū est aut qd causa illi<sup>9</sup> diuersita  
 tis que in supfcie lune appet a diuersis diuersimode assi  
 gnat. Quidā. n. dicūt. qd cā illi<sup>9</sup> diuersitatis est aliqd cor  
 pus interpositū inter nos et lunā: qd p;hibet nos ne videa  
 mus totaliter claritatē lune: vnde ex illa parte qd inter vi  
 suz nrm et lunā interponunt<sup>9</sup> hō corpora: videt eē quedā  
 obscuritas: ex eo qd claritatē habere i illa pte nō videm<sup>9</sup>.  
 Sed hoc nō potest eē: qd illud corpus interpositū inter nos  
 et lunā: nō eodē modo interponit<sup>9</sup> iter lunā et visum hois  
 in qdā parte mūdi. et ita nō videt<sup>9</sup> silis dispositio in lu  
 na ex oī pte mūdi. Sic igi<sup>9</sup> nō videt<sup>9</sup> silis dispositio eclī  
 psis solaris ex oīb<sup>9</sup> partib<sup>9</sup> mūdi ex interpositiōe lune in  
 ter solē et visuz nostruz: qd circa pdictā diuersitatē lune nō  
 accidit: nā similiter videt<sup>9</sup> ex oībus partibus terre siue oriē  
 talibus siue occidentalib<sup>9</sup>. siue australib<sup>9</sup> siue borealibus.  
 Alij vō dicūt qd hō obscuritas apparet in luna est quedā  
 similitudo alicui<sup>9</sup> corporis: puta terre aut maris. aut motū  
 que resultat in luna ad modū quo resultat forma in spe  
 culo. Et hoc etiā tollit<sup>9</sup> p eandē rationē. qd si hō forme in  
 speculo viderent<sup>9</sup> ex quadā reflexione visualiū radioz  
 vel etiā formaz visualiū nō ex omni parte terre silis di  
 uersitas appareret in luna. sicut nec forma in speculo ap  
 paret scdm eadē dispositionē vndiq; aspiciēt<sup>9</sup>: qd reflexio  
 fit ad loca determinata s; m pportione corporuz ad qd fit re  
 flexio: et p;pterea secundū hoc ratio Arist. nō valeret. quia  
 posset dici qd sp talis diuersitas apparet nobis in luna: nō  
 qd semp eadē eius supfcies sit ad nos puerfa: sed qd que  
 libet ei<sup>9</sup> supfcies ex pdictis causis recipit in se huiusmo  
 di apparentiam quando ad nos cōuertuntur. Et ideo ali  
 dicunt melius qd ratio quare talis diuersitas videtur in  
 luna est propter dispositionem sue substantie. non autem  
 propter interpositionem alicuius corporis vel quācūq;  
 reflexionem. Et horum est duplex opinio: quidam enim  
 dixerunt. qd forme effectiū sunt quodāmodo in suis cau  
 sis: ita tamen: qd qto aliqua causa est superior: tanto di  
 uerse forme effectiū sunt in ea magis vniiformiter. qto  
 vero est inferior: tanto forme effectiū sunt in ea magis  
 distincte. Corpora autem celestia sunt causa inferiorum  
 corporum inter corpora celestia infimuz est luna: et ideo  
 in luna secundum inferiorem superficiem eius contine  
 tur quasi exemplaris diuersitas corporū generabilium.  
 et ista fuit sententia iambici. Alij vō dicunt qd licet cor  
 pora celestia sint alterius nature a quatuor elementis:  
 preexistunt tamen in corporibus celestibus. sicut in cau  
 sis proprietates elementorum: non tamen eodem modo



sicut in elementis: sed quodammodo excellentiori modo. et inter elementa supremum est ignis: qui plurimum habet de luce. Infimum autem terra: quod minimum habet de luce. Et ideo luna que est infima inter corpora celestia: proportionat terre et assimilatur quodammodo nature ipsius: et ideo non totaliter est illustrabilis a sole. Unde ex illa parte qua perfecte illustratur ab eo: videtur in ea esse quedam obscuritas que quidem obscuritas semper apparet secundum eandem dispositionem in luna: quod non esset si luna reuolueretur: quia paulatim immutaretur aspectus talis obscuritatis.

50. **C** Adhuc autem irrationabile nullum organum ipsis dedisse naturam ad motum: nihil enim. ut contingit facit natura. Neque de animalibus curasse: sic autem preciosa desperasse sed videtur quemadmodum studiose factum ex auferre omnia: per que contingebat procedere per se ipsa: et quia plurimum distant ab habentibus organa ad motum. **C** Propter quod et ratio si. habiliter utique videbitur totum celum sphericum esse: et unumquodque astorum. Ad eum enim. qui dem qui in ipso motum spera figuratur maxime utilis: sic enim. utique et velocissime mouebitur et maxime retinebit sui ipsius locum. Ad eum autem qui in anterioribus locis ineptissima. Nequaquam enim. simul motiuis per se ipsa: nihil enim. de pressam habet neque eminens: sicut rectilineum: sed plurimum distat a figura processiuorum corporum. Quoniam igitur oportet celum quidem moueri eo qui in ipso motu: alia autem astra non procedere per se ipsa: rationabiliter utrumque erit sphericum: sic enim utique maxime hoc quidem mouebitur: hoc autem quiescet. *Le. XII.*

**R**emissis duabus rationibus ad ostendendum: quod corpora stellarum non mouentur secundum se ipsa: sed feruntur per motum circuloz siue sperarum: hic ponit ad idem tertia rationem. quod sumitur ex figura stellarum. et dicit quod si stelle mouerentur motu processiuo quasi circulos suos pambulantes: irrationabile videtur quod natura non dedisset eis instrumenta conuenientia ad motum localem. Nam enim. non facit suos effectus qualitercumque contingit. et hoc precipue obseruat in nobilioribus effectibus. et ideo non est rationabile quod natura curauerit de animalibus terrestribus attribuens eis instrumenta conuenientia motui processiuo. et quod de spexerit sic preciosa corpora. scilicet. stellas ut non dederit eis instrumenta apta ad motum processiuum: sed videtur quasi studiose factum a natura: quod non moueantur stelle per se ipsas: ex hoc quod abstulit eis omnia instrumenta quibus possent processiuo motu moueri secundum se ipsas: et etiam quod plus est: quia stelle maxime distant a figura animalium instrumenta ad motum processiuum apta. Nam habet animalia quanto sunt perfectiora: tanto habent maiorem diuersitatem in partibus: stelle autem habent maximam uniformitatem undique: eo quod sunt sphericę figure. Et rationabiliter videtur esse factum. quod totum celum sit sphericum et unaqueque stella. Nam spherica figura videtur esse maxime utilis ad motum circulare: quo sphericum corpus mouetur in seipso. id est. non mutatur locus secundum totum nisi ratione: sed solum secundum partes. ut probatur in. 6. physicorum. propter hoc enim. quod corpus circulariter motum est sphericum: velocissime mouetur. Tunc quia linea circularis est minima inter omnes figuras continentis equale spatium. Tunc etiam quia corpora rectilinea non habent uniformem motum ex omni parte quia magis figatur ex illa parte que habet superficiem planam quam ex

parte angulorum. unde cum spherica figura ex nulla parte habeat planitiam sed ex omni parte stet in uno puncto. id est. in angulo: constat quod corpus sphericum velocissime moueatur motu circulari: similiter etiam maxime retinebit proprium locum quia. scilicet. nulla pars eius incipiet esse nisi ubi alia fuit: quod in corporibus rectilineis non contingit: propter preeminentias angulorum: sed figura spherica est maxime inepta ad motum quod proceditur in anterioribus. In nullo enim. similitur corporibus animalium quod mouentur per se ipsa. In corpore enim. spherico nihil est depresso vel supereminens. sic inuenitur in corpore rectilineo. sed figura spherica plus distat a figura corporum animalium quod mouentur motu processiuo: secundum quendam elevationem et depressionem. unde et membra animalium in suis iuncturis sunt flexibilia ut sint apta ad motum processiuum: quia ergo oportebat quod totum celum et ipsa spera moueretur motu circulari: et quod stelle non mouerentur motu processiuo rationabiliter factum fuit quod utrumque esset sphericum. scilicet. spera et stella: quia propter hoc quod celum est sphericum est aptum ad motum circulare. propter hoc autem quod stelle sunt sphericę: sunt inepte ad motum processiuum. unde non mouentur in circulis: sed manent delate per motum circuloz. **C** Potest autem hic esse dubitatio cum corpora sperarum non percipiantur visu: eo quod sunt dyaphana. et posset dici quod stelle mouentur quasi in aere: quare hoc Aristoteles permittit inquirere. **C** Sed omnino quod multipliciter apparet ex his que Aristoteles docet: esse in celo non solum corpora stellarum distincta: sed etiam sperarum. primo quod ex hoc ipso quod ostendit stellas non per se moueri hoc motu qui in eis apparet. Secundo ex ratione quam supra permittit: quia nulla esset ratio quare stella que patitur minoribus circulis velociter moueretur: quod tamen haberet rationem superposito motu circuloz quia maior circulus realiter proprio motu velocius mouetur. Tertio quia Aristoteles in principio huius libri probauit esse aliquod corpus quod circulariter mouetur. motus autem stelle si per se moueretur absque orbis: esset processiuus et non circularis: quia non moueretur in eodem loco. Quarto apparet quia illud spatium in quo stelle mouentur non potest esse vacuum: eo quod impossibile est esse vacuum in natura: ut in quarto physicorum probatum est: si vero sit plenum aliquo alio corpore quod non pertineat ad naturam stellarum: puta igne vel aere: hoc manifeste est inconueniens duplici ratione. primo quod non esset conueniens. ut idem esset locus corporum generabilium et corruptibilium. scilicet. ignis et aeris: et corporum incorruptibilium. scilicet. stellarum: cum diuersa corpora habeant diuersa loca naturis eorum proportionata. et quia non est rationabile quod corpora inferiora sint continua et corpora celestia sint adinuicem discontinuata. Relinquitur ergo quod totum illud spatium in quo stelle videtur moueri: est plenum celesti corpore. quod pertinet ad ipsas subas sperarum. Quinto etiam apparet ex hoc: quod sol et luna mouentur super circulos seinuicem interfecantes: quod apparet ex hoc: quod luna quicquid est australior quicquid borealior respectu circuli in quo sol mouetur. Manifestum est autem quod intersectiones duorum circuloz quod dicuntur nodi siue caput. et cauda: non semper sunt idem punctus: alioquin semper in eisdem punctis fieret eclipsis solis et lune: quod non potest contingere nisi luna in coniunctione vel oppositione existente: circa aliquem nodum predictorum. Si autem hec diuersitas accideret solummodo per motum lune sequeretur quod luna non moueretur circulariter sed secundum elasticam figuram: quod est contra naturam celestium corporum. Sic ergo patet: quod iste circulus lune habet suum motum: et eadem ratione circulus solis et aliarum stellarum. Est autem considerandum quod cum Aristoteles dicit non esse rationabile quod natura curauerit de animalibus: et quod corpora sic preciosa reliquerit: stellas non vocat animalia quia ut alexander dicit sensitiuum constituit animal. In celestibus autem corporibus si sunt animata non est virtus anime sensitue sicut etiam neque nutritiua. unde non dicuntur animalia nisi eguocce: ex eo. scilicet. quod habent animam intellectiuam. Sed hoc simplicius in commento suo nititur improbare: quia omne quod est honorabile magis est attribuendum celestibus corporibus quam terrenis. cum ergo sentire pertineat ad dignitates corporum: videtur



detur q̄ multo magis celestia corpora sentiāt q̄ terrena. C. S. Luz corpora celestia seinuicē tangant: inconueniēs videt q̄ ēt seinuicē nō sentiāt. Concedit igit q̄ in corporibus celestib⁹ sunt tres sensus .i. visus auditus ⁊ tactus. excludit autē ab eis duos alios sensus māliozes. .i. olfactū ⁊ gustum. Est igit vidēduz qd̄ horū sit fm̄ sentētiam. Ap. qui videtur sentire q̄ in corporib⁹ celestib⁹ nō sit alia de partibus anime nisi intellectiua: dicit. n. in. iz. metaphy. q̄ p̄mum motiēs mouet celū: sicut desideratū: nō qd̄ desiderio sensus: s; desiderio intellectus. ⁊ in sc̄do de aia dicit: q̄bus iest rōcinatio corrupunt his ⁊ reliqua oia: quasi hoc nō sit vez in corporibus icorruptilib⁹ q̄bus opinat̄ intellectū vel rationē inesse absq; alijs potētys aie. C. S. dubiū videt̄ facere qd̄ dicit in. 3. de aia. non pōt ingt corpus habere aiam ⁊ intellectū discretiū: sensum autē non h̄re: nō māstua nisi maneāt semp in eodē loco: sicut plāte ⁊ aialia imobilia: gñā sit gñabile ⁊ corruptibile. sic p̄ in hoib⁹ ⁊ in alijs huiusmodi aialib⁹. Subdit autē. Aut vō neq; generabile: per qd̄ videt̄ significare q̄ neq; etiā corpus aliqd̄ sit generabile ⁊ icorruptibile: sicut sunt celestia corpora: q̄. i. habeāt intellectū sine sensu. ⁊ ad hoc p̄ bādū subdit. Quare. n. nō habeāt. .i. sensum cū habeāt intellectū. Aut. n. meli⁹ aie aut corpori: quasi dicat: aut hoc q̄ nō h̄z sensum: est pp̄ bonū aie aut pp̄ bonum corporis. ⁊ subdit. Nunc aut neutz est. hoc qd̄. n. .i. aia magis itelligit sine sensu. hoc autē .i. corp⁹ nihil magis erit. .i. nō erit durabili⁹ pp̄ id. .i. pp̄ hoc q̄ nō h̄z sensus. Un̄ cludit. nuluz ergo h̄z aiam corpus nō manēs sine sensu. Ex quo videt̄ sentire q̄ si corpora celestia sint aia rōnali ⁊ intellectiua: q̄ ēt habeant sensum. S; huic sentētie obuiat qd̄ statim subdit. At vō si sensum h̄z: necesse est aut corp⁹ eē: aut simplex aut mixtū: impossibile est aut simplex. tactū .n. nō haberet: est autē necesse hūc habere. ergo corpora celestia cū sint simplicia impossibile est q̄ habeāt sensum. Unde p̄dicta vba Arist. sic exponunt̄ ⁊ p̄ themistium. ⁊ auerroim in suis cōmētis: vt hoc qd̄ dicit. at vō qd̄ est generabile: sic itelligat. at vō neq; icorruptibile. .i. corpus celeste h̄z sensum: q̄re. n. nō habebit: quasi diceret. ista est cā q̄re non h̄z. aut. n. aie melius aut corpori ⁊ si haberet sensum corpus celeste: aut hoc eēt pp̄ bonum aie: aut pp̄ bonum corporis: nūc aut neutz est. hoc qd̄. n. .i. aia celestis corporis nō magis itelligit p̄ sensum. Nō. n. habz̄ intellectū a sensibus accipiētē: sicut aia intellectiua humana: s; itelligit talis aia p̄ modum sube separate: cui imediate cōtinuatur in ordine rerum. hoc autē. .i. corpus nihil magis erit propter id. .i. si non p̄seruabit̄ i esse p̄ sensu: sicut accidit in corporibus terrestrium aialium q̄ p̄seruantur a corruptionibus p̄ sensum: sicut p̄z ex his que p̄miserat. Et hec qd̄ expositio videt̄ eē cōueniētior q̄tum ad differētiam rōnis. Ad hoc. n. q̄ aliqd̄ nō sit frustra: magis o; querere pp̄ quid aliqd̄ sit q̄ pp̄ qd̄ aliqd̄ nō sit. Un̄ ad hoc q̄ celum non habeat sensum sufficit ostēdere q̄ ex sensu nihil ei melius pueniat. qd̄ ponitur fm̄ expositionem sc̄dam. Nec o; propter hoc ostēdere q̄ melius sit ei non habere sensum. quod ingrit̄ fm̄ p̄mā expositionē. qz hoc ipm̄ est sufficiens ratio non habēdi sensum si p̄ sensum nihil ei melius adueniat. Cōclusio quam inferri nō videtur huic sentētie adaptari: s; magis p̄oz. Cōcludit. n. cōsequēter. nullū ergo habz̄ animaz corpus nō manēs sine sensu: q̄uis possit dici q̄ hec cōclusio nō referatur ad imediate p̄cedētia s; ad id qd̄ supra dixerat de corporibus gñabilib⁹. Quia tñ sentētia videtur aliquatenus eē extorta: videt̄ potius vōm q̄ hoc qd̄ dicit. at vero neq; ignabile: est cōtinuādū cum p̄cedētibus. vt sit sensus: q̄ sicut corpus gñabile nō habz̄ aiam intellectiua sine sensu: ita nec corpus ignabile: s; corpus ignabile nō accipitur hoc celum. Quod patz̄

ex hoc q̄ celum est mansuum. ⁊ in eodem loco fm̄ totū. ipse aut loquitur de corpore nō māstuo. Un̄ videtur hic loqui de quibusdam corporib⁹ aiatib⁹: q̄ platonici demones nominabāt dicētes eos eē aialia corpore aerea. tempore eterna: sicut apuleus platonius dicit in libro de deo socratis. ponebāt aut huiusmodi corpora moueri motu p̄gressiuo: ⁊ nō māstua in eodē loco. S; ⁊ si quis cōsideret ordinē corporū celestium iter corpora nālia: manifestum erit q̄ nō cōtingit ei habere potētiam sensitiuam q̄ ē passiuā. C. Sc̄do qz huiusmodi corpora sunt vniformia: vtpote sperica existētia: o; aut corpus habēs aiam sensitiuam habere diuersitatē organoz. quia cum sensus sit vis cognoscitiua particularium: o; q̄ corp⁹ sensitiuū habeat diuersas potētias sensitivas: si p̄fecte sentiat: q̄ cognoscat diuersa sensibilia: diuersis aut sensib⁹ adaptatur diuersa organa. Un̄ vniformitas sperici corporis repugnat dispositioni aie sensitivae. C. Tertio quia corpora celestia sunt quasi naturales cause inferiorū effectuum. ⁊ ita effect⁹ sensibiles sunt in corporibus celestibus: nō s; particularē: s; fm̄ vlem rationē: sicut in causis vlib⁹. Multo igitur magis rōnes rerum sensibilib⁹ sunt in aiaibus celestibus corporū si sint aiaata: non fm̄ rationē particularē: s; fm̄ rationē vlem q̄ p̄tinet ad intellectū. Corpora autē celestia s; sunt aiaata: habēt intellectū sine sensu: s; sic intellectus substantiarum separatāz cognoscit nō solum vlia: s; ēt particularia. habēt. n. p̄ vnam virtutē cognoscitiua: quod nos habemus p̄ plures. ⁊ ita est de animalibus celestib⁹ q̄ suo intellectu cognoscūt nō soluz vlia: s; ēt particularia. Ita ē ēt in oib⁹ q̄ p̄fectiones q̄ attribuūtur inferiori per multa: superioribus attribuūtur per vnuz. Sicut imaginatio vna est virtus oium sensibilib⁹: q̄ tamē sensus participat p̄ diuersas virtutes. C. Et ex hoc excludit̄ obiectio An̄. qui in sua metaphy. ostēdit q̄ opz aiam celestis corporis habere vim imaginatiua p̄ quam apphēdat particulares situs qui renouātur in celo fm̄ motum eius: sicut intellectus noster practicus nō mouet fm̄ vlem apphēsiōnez sine particulari: vt dicit in. 3. de aia. Sc̄dm. n. p̄dicta substantia q̄ mouet celuz: siue sit suba separata: siue sit aia. pōt apphēdere particulares situs p̄ intellectum sine sensu: vt dictum est. Quod aut simplicius obicit q̄ sentire p̄tinet ad nobilitatē inferioris corporis: vñ magis natus est venire corpori celesti dupl̄ soluitur: p̄mo qd̄ cum aia non sit pp̄ corpus: s; eōuerso: nō est cōsiderādum p̄cipalr̄ in potentys aie id quod p̄tinet ad nobilitatē corporis: s; id quod p̄tinet ad rationē aie. ⁊ quia id quod habēt corpora inferiora. .i. cognoscere sensibilia inferiori mō. .i. p̄ sensu: habent corpora celestia superiori modo: scilicet per animam intellectiuam eis vnitam.

**M**anifestum autem ex his quoniam. C6. ⁊ dicere fieri laterum armonia tanquam consonantibus factis sonis: leuiter qd̄ dcm̄ est: ⁊ supflue a discretibus. Non ēt sic h̄z v̄itas. C. Lec. XIII.

**P**ostq̄ p̄hs determinauit de motu stellarū. hic determinat de sono earū qui est effectus mor⁹ localis: vt dicit in. 2. de aia. Et circa hoc duo facit. p̄mo excludit opinionē alioz. ⁊ determinat veritatez ibi. S; rōnaliter neq; audimus ⁊c. Circa p̄mum tria facit. p̄mo p̄ponit quod i rēdit. ⁊ iducit rationē aliter sentiētium ibi. Videtur aut quibusdam. ⁊ ostēdit quo modo dubitationi satisfacere nitūtur ibi. Quoniam aut irrationale ⁊c. Dicit ergo manifestum esse ex his que dicta sunt. .i. q̄ stelle non mouētur q̄ si quis dicat q̄ ex motu earum accidit armonia. .i. sonus armoniatus tanquaz soni stellarum sibiinuicē cō-



sonet leuiter loquitur. i. sine ratione sufficienti. et supflue  
et hoc dicit quasi nulla utilitate ex huiusmodi sono sequē  
te. s; magis maximo nocumēto vt patebit. et etiā nō ita se  
habet veritas secunduz q; ex pmissis demōstrationibus  
apparet. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Videtur autē quibusdā necessarium esse tan  
tis latis corporibus fieri sonū: quoniam et his  
que apud nos neq; moles habētibus equales  
neq; simili velocitate latis solis et lune. Adhuc  
autem tantoꝝ multitudinem astroꝝ et ma  
gnitudinem: latoꝝum velocitate tali latione:  
impossibile non fieri sonum difficilem quan  
dam magnitudinem.

¶ Inducit rationē pitagoricōꝝ quoz erat p̄dicta sentē  
tia. et p̄mo ostēdit quomodo pbabant q; corpora celestia  
suo motu faciūt magnum sonū. Tria. n. sunt pp̄ q; corpo  
ra que apud nos mouētur: magnum sonum facere vident  
tur. s. pp̄ magnitudinē corpoꝝ que mouētur: et pp̄ veloci  
tate motus ipsoꝝ. et pp̄ multitudinem ipsoꝝ: corpora au  
tem que apud nos iuncta faciūt sonum: neq; habēt tātam  
magnitudinis molem: neq; tam velocē motum: sicut sol  
et luna et alie stelle. Quod p̄ partē ex his que sensu appa  
rent: nā sol et luna qualib; die totum mūdum circūit: par  
tem ex his que in astrologia mōstrantur de magnitudinē  
bus eozum: et velocitate motus. Adhuc autem ad hoc fa  
cit multitudo stellarum. multo igitur magis videtur q;  
sol et luna et alie stelle suis motibus faciant maximos so  
nos. ¶ Secundo cum dicit.

¶ Supponentes autem hec et velocitates ex  
elōgationibus habere p̄sonātiā rōnes armo  
nicā fieri vocē latoꝝ in circuitu astroꝝ.

¶ Ostēdit quomodo pbabāt q; sonus eoz eēt armoni  
cus: manifestum est. n. ex his que in musica traduntur q;  
velocitas motus facit sonū suauē: tarditas motus facit  
sonum grauē: determinata autē p̄portio fm̄ certos nume  
ros acuti et grauis est causa armonie in sonis: sicut p̄por  
tio duoz ad vnum facit dyapason. p̄portio triuz ad duo  
q; dicitur sexquialtera facit dyapason. et sic de alijs. Ostē  
sum est autē in p̄missis q; q̄to stella mouet in maiori cir  
culo: tāto velocius mouetur. Tāto autē est maior circulus  
in quo mouetur stella: q̄to in sphaera stellaz fixaz magis  
distat a polo: in planetis autē q̄to magis distat a cētro. Et  
iō fm̄ p̄portionem elōgationum stellaz abinuicē: siue ē  
a cētro: vel a polis p̄prehēdebāt fieri diuersitatem velo  
citatū in motibus stellaz. et per p̄ns acuitatis et grauita  
tis in sonis eaz. Inueniebāt autē elōgationem siue distā  
tiam eē fm̄ p̄portiones numerales: que faciunt musica  
les p̄sonātiās. Et iō dicebāt q; sonus astroꝝ que mouent  
in circuitu: est armonic⁹: quē vocabāt vocē pp̄ hoc q; po  
nebāt corpora celestia eē aiata. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quoniam autē irrationabile videtur nō co  
audire nos vocem hanc.

¶ Ostēdit quomodo obuiabāt cuidam dubitationi. p̄  
mo. n. ponit dubitationem. Cum. n. nos habeamus audi  
tum quo nos sonum percipimus: videtur nō esse rationa  
bile q; non audiremus tam magnam vocem si ex motu  
astroꝝ pueniret. ¶ Secūdo ibi.

¶ Causaz hui⁹ dicit esse genitis confestim ex  
stere sonū: quare nō permanēt esse ad cōtrariū  
silētiū. adinuicē enim vocis et silētiū esse di  
indicationē. Itaq; quemadmodum eris ma

leatoribus propter cōsuetudinēz nihil videtur  
differre: et hoibus idē accidere.

¶ Ostēdit quomodo huic dubitationi obuiabāt. Dice  
bant enim hanc esse causam: quare hanc vocem nō audi  
mus. q; statim cū nascimur coexistit nobis iste sonus. et iō  
nō pōt nobis manifestari pp̄ suum oppositū: quod est si  
lētium. hec. n. duo. s. vox et silētium seipsis iuicem dyudi  
cant et discernūtur: vnde accidit hominibus de sono cele  
stiu corporoz: sicut accidit malleatorib⁹ eris q; pp̄ cōsuetudi  
nē q̄si nō sentiūt d̄riam soni et silētiū: eo q; aures eoz sunt  
iplete huiusmodi sono. ¶ 3o ibi.

¶ Hoc autē quēadmodū dicitur ē p̄ri⁹: alliciēter  
quē dicit et musice: ipole aut hunc b̄re modū.

¶ Nō enim solum nihil audire icōueniēs: de  
quo soluedi assumit causam: sed et nihil pati si  
ne sensu: excellētes enim soni destruūt etiā in  
giatorūz corporūz moles: puta qui tonitruū dis  
sipat lapides et durabiliora corporoz: tātis au  
tē latis et sono p̄trāsente ad eā que ferit magni  
tudinē: multo magis necessariūz p̄rigere huc:  
et valitudinē itolerabile esse violētie.

¶ Improbatur dictam respōsionem dicens: q; sicut ē p̄us  
diximus. hoc dicitur ab eis alliciēter. i. fm̄ quādā pro  
babilem rationem que allicit aures hoium: et musice. i. se  
cūdum musicas rationes: s; nō fm̄ veritatem. Impossibi  
le. n. est q; hec hoc modo se habeāt. quia si corpora cele  
stia facerēt sonos tam magnos: nō solum est icōueniens  
q; nihil eozum audiat: quod ipsi soluere nituntur: sed  
etiam icōueniēs est q; corpora inferiora nihil patiātur ab  
illis sonis: etiam si eos nō sentiāt. Videmus enim q; soni  
excellētes destruūt nō solum auditum aialium: s; etiam  
quedam corpora ianimata: sicut sonus tonitruū frāgit la  
pides. et etiam alia corpora durabiliora sicut ferruz et edi  
ficia. et alia huiusmodi. Quod quidem contingit nō ita q;  
corpora inanimata patiantur a sono inquantūz est quod  
dam sensibile per auditum: sed inquantum simul cu; so  
no fit vebemēs percussio aeris. et motus ipsius: sicut phi  
losophus dicit in. 2. de anima. Cuz igitur corpora celestia  
que mouentur sint tam maxime quātitatis. et sonus eoz  
si sit: oportet q; transcendat secūdum excessum sonūz to  
nitruū: et quemlibet alium sonum secundum p̄portionē  
magnitudinis corporum celestium: multo magis necessa  
rium est q; sonus celestium corporum vsq; huc pertinge  
ret. et q; esset intolerabilis fortitudo violentie illius: quā  
infert in inferioribus corporibus. Etiam alio modo appa  
ret q; eozum solutio non est sufficiens. quia p̄suetudo au  
diendi magnos sonos non soluma ufert distinctionem il  
loꝝum sonozum: sed etiam alioꝝ: sicut malleatores eris  
nō possunt percipere alios sonos minimos. Unde si pro  
pter consuetudinēz non possimus audire sonos celestiu  
corporum pari ratione nec alios sonos audire possemus  
Videtur autem vt simplicius dicit in commento susti  
neri posse pithagore p̄sicio contra ea que hic Aris. dicit.  
p̄mo quidez. quia potest dici q; sonus celestium corpoꝝ  
nō sunt corruptiuū: sed magis conseruatiui et viuificatiui  
sicut et motus celi: vt vita quedam omnibus existētib⁹  
vt dicitur in. 8. phisicorum: similiter autēz q; nos nō au  
dimus sonos celestiu corporum. hoc non contingit pro  
pter consuetudinē: sicut hic dicitur. quia pithagorici of  
cunt pithagoram talem armoniam quādoq; audisse: qui  
consuetus fuit eam audire: sicut et alij: sed hoc dicit acci  
dere. quia nō omnia sensibilia sunt p̄portionata omni  
bus sensibus: vt ab eis percipi possint: sicut multos odor







atque hic qd p motum magnitudinis stellarum  
ordinis planetarum

# Liber

est possibile sonare: sicut homines qui sedent in naui non sonant naui mota: neq; partes nauis que sunt naui fortiter ifixe sonant ad motum nauis nisi forte propter debilitate iunctionis: vt cum nauis coquassatur: neq; etiaz videmus q; nauis sonu faciat: si fertur in fluuio currēti: ita tamē q; motus nauis nō sit per seipsum: sed soluz per motum aque. Si vō sit velocior motus nauis: q̄ motus aque: tunc iquātum diuidet aqua: sonabit. Et tamē secunduz easdem rationes qbus pithagorici asserēbāt celestia corpora sonum facere: poterit aliquis dicere icōueniēs esse: si malus. i. arbor nauis et puppis cum habeat tātā magnitudinem nō faciāt sonum: vel etiam ipsa nauis cum mouetur in fluuio moto. Intelligēduz tamē est q; hic excluditur sonus qui oritur ex diuisione aque: nō autē sonus si quis sit ex diuisione aeris q̄tum ad partem nauis que aque superuenit quod precipue apparet: quando aer contra resistit per impulsu vēti: sed illud quod mouetur localiter per seipsuz: nō in aliquo corpore quod fertur: ita q; non faciat aliquam percussuram: impossibile est sonare.

**D**icēduz est ergo q; si corpora stellarum p se mouerentur: siue in aeris multitudine: siue intelligamus aerem p totum mūdum diffusum: siue etiaz in multitudine ignis sicut omnes dicūt assignātes supremum locum iter corpora igni: necesse est q; faciant stelle suo motu sonum super omnem magnitudinem naturalis soni. Quod qdem si fieret sequerēt q; sonus ille vsq; buc ptingeret. et nō solum audiretur a nobis: sed et corrumperet corpora que sunt hic. Sed q; hoc nō videm; oritur: nō est q; nulla stellaruz moueatur per seipsam: neq; motu violēto neq; motu qui sit ab aia. Non. n. possent moueri stelle per se ipsas: nisi facerēt diuisionem vel ipsarum sperarum celestium: vel aliquoz corporum celestium intermediorum. Ipse autem spere mouetur per seipsas: nec tamē aliquod corpus diuidit. Unde etiam ex eorum motu nullus puenit sonus. Patet etiam q; per hoc quod philosophus hic dicit. Excludit imaginationem quorundam existimantium q; stelle nō mouentur in speris: sed in quibusdam corporibus medijs: puta aere vel igne: aut aliquo huiusmodi. **D**einde cum dicit.

**D**eclut futuruz prouidente natura: quoniam non hoc modo se habente motu: nihil vtiq; erit circa hunc locuz similiter habens. **Q**uoniam igitur sperica sunt astra: et q; non mouentur per seipsa: dictum est.

**O**stēdit idēz ex causa finali. Ideo. n. natura nō dedit stellis motum per se. et per sequēs nec sonos ac si prouidisset q; nisi ita se haberet motus stellarum q; nō mouerētur per se: sed solum per motum speraruz: sequerēt hoc icōueniēs q; nihil in his inferiorib; eēt similiter se habens quasi per aliquod tēpus in suo eē cōseruatum. Datur autē per hoc itelligi: sicut a. exāder notat q; Arist. hic sensit q; deus habz prouidentiam de his que sunt hic inferiorib;. nō enī pot nature attribui prouidentia fm q; est quedaz virtus in corporib;: s; solū per comparationē ad intellectum instruētē naturā. Ultimo autē epilogādo claudit dcm esse q; stelle sunt sperice figure: et q; nō mouentur per seipsas.

56.  
57.

**D**e ordine autem ipsorum quo quidem modo singula ponuntur: et hec quidem esse priora: hec autē posteriora: et quomodo se habent adinuentem elongationibus: ex his q; circa astrologia considerentur: dicitur enim sufficienter.

**Lectio. XV.**



**P**ostq; pbs determinauit de natura et motu stellarū hic determinat de ordine et situ eaz et maxime q̄tum ad planetas. Nam de stellis fixis manifestum est q; oēs sunt in suprema spera situare. Et circa hoc duo facit. primo ostēdit quid circa hoc naturalis a mathematico supponere debeat. et ostēdit qd circa hoc pprie ad considerationē naturalis ptineat ibi. Accidit autē et. Ostēdit ergo pmo q; de ordine stellarū quo modo singule sint dispositę: ita q; quedam sint priorē: et quedaz posteriorē. i. superiorē et inferiorē: et quo modo se habeāt adinuicē fm elongationē. i. q̄tū vna distet ab alia: considerādum est ex his q; dicunt in astrologia vbi de his sufficienter determinatur. hec enī nō possunt cognosci per pncipia naturalis pbsie: s; per pncipia mathematica. i. per pportiones magnitudinum. dicit autē Anaximāder pmo inuenisse rōnem in magnitudinibus stellaruz: et distātijs eaz abinuicē: et a terra. ordinem autē planetaruz dicitur pmo pithagorici dephēdisse: q̄uis cū maiori diligētia et pfectiori sit considerata per pparcuz et ptolomeū. **D**einde cū dicit.

56.  
58.

**A**ccidit autē secundum rationem fieri vniuscuiusq; motus elongationib; propter hoc quidem esse velociorē: hoc autē tardiorē. Quoniam enim supponitur extremam celi circulationem simplicem esse et velocissimam: aliorū autē tardiorē et plures: vnumquodq; enīz contra fertur celo secundum sui ipsius circulum: rationabile iam propinquissimo quidem simplici et prime circulationi in plurimo tempore pertransire sui ipsius circulum: maxime autē distantī in minimo: aliorū autēz semper in pluri. Distantius autē in minori: propinquissimo enīz maxie preualet. Distanti autēz maxie oīuz minime propter distātiā. In media autē: secundū rationēz tā distātie sicut et ostendunt mathematici.

**O**stēdit qd circa hoc ptineat ad considerationem nālis. i. velocitas et tarditas in motibus eozū. dicit ergo q; rationabilr accidit q; motus quarūlibet stellarū fm pportionem elongationis eaz a pma spera. et a terra sunt velociorē et tardiorē. supponimus. n. tanq; sensu apparet q; suprema celi circulatio sit simplex: idest non pposita pluribus motib;. q; in ea nulla irregularitas apparet. et etiaz velocissima: vt pte q; in breuissimo tēpore. i. spacio vnius diei circuit maximuz circulu et inētē totum. circulationes autē planetarum sunt tardiorē: et plures nō solum q; diuersoz planetaruz: diuersi sunt motus: s; etiaz q; motus vniuscuiusq; planete ex diuersis motibus constituit. vniuscuiusq; n. planetaruz fm pprium motū in suo circulo fert in contrariū motus pmi celi large accipiēdo contrarietatem. Nō. n. in motibus circularib; est pprie cōtrarietas: sicut in pmo habitū est: quādo. n. motus pmi celi sit ab oriēte in occidētē: motus planetaruz in ppris circulis fiūt ab occidētē in oriēte. vñ rōnabile est q; planeta q; est ppingssimus simplici. et pme circulationi tra quē fert in suo circulo in plurimo tēpore pertrāseat pprū circulu: sic saturnus in 30. ānis suū circulu pagit. planeta autē maxime distās a suprema spera. i. luna in minori tēpore pagit cursuz suū. i. in spacio vnius mēsis: vel minori. Inter alios at planetas ppingoz supreme sperę semp in maiori tēpore circulu suū ptrāsit sicut iupiter in 12. ānis. Mars in duob;. venus: mercurius: et sol fere in āno. Et sic id quod magis di-

nota hic diffin motu planetarum



Stat a suprema spera in minori tempore pertransit suū cir-  
mutationem in rebus. et ideo diuersificantur in numero motuum: ita. s. q. soli attribuantur duo motus. veneri attribuantur tres. mercurio quatuor. lune quinque. Est etiam sciendum: q. q. Aristo. hic terram ponit non participare aliquem motum: alexander dicit eam esse animam: sequitur. n. in h. errorem gentiliu qui cultum diuinitatis terre attribuebant: quod Aristo. reprobat in tertio de aia: ostendens q. nullum corpus simplex est animatum: quod etiam euidenti signo apparet: q. que in animalibus sunt magis terrea: sicut ossa: insensibilia sunt. Si autem corpus celeste existens simplex est animatum: non impedit hanc rationem: q. corpus celeste non subiacet contrarietati sicut simplicia elementorum corpora: nititur autem probare corpus terre esse animatum: q. in eternum durat. et ex eo q. alique partes terre sunt animate: non attendens q. ad corpora animata: terra et alia elementa habent habitudinem materie: corpus autem celeste habitudinem agentis: agens autem nobilius est factum. sed factum nobilius materia: unde et si celum habet nobiliorem formam q. corpora animata: elementa habent formam minus nobilem: similiter autem nititur ostendere q. non repugnat actioni terre q. non moueatur. vno quidem modo: q. etiam plante sunt animate: que tamen non mouentur secundum locum. Sed in hoc fallitur: q. quibus non mouentur motu locali: mouentur tamen motu augmenti et decrementi. Alio modo: q. cum etiam ea que intelligunt dicat Aristo. viuere: nihil prohibet terram esse animatam. et viuentem licet non moueatur secundum locum: potest tamen esse q. intelligat. Sed hoc est contra Aristo. qui dicit in 2. de aia: q. in corporibus corruptibilium non est aliquid habens intellectum sine sensu. Terram autem insensibilem esse manifestum est. ex eo q. quotidie scinditur: et atteritur. Adhuc autem: cum eadem sit natura totius et partis: sicut et idem motus: si terra tota haberet animam intellectuam oporteret q. quelibet pars eius diuisa esset animata. et intelligens: et q. vltimo omnia corpora mixta in quibus terra superabundat essent talia: quod est derisibile. Addit etiam q. licet terra staret: habet tamen aliquam operationem: que est ipsum stare: vt sicut celestis corporis est operatio mouere: ita terre operatio: est stare vel quiescere. Sed in hoc fallitur. q. stare vel quiescere non est operatio: sed priuatio operationis vel motus. unde cum cuiuslibet viuentis corporis oporteat esse aliquam operationem vite que appareat in ipso corpore. et non solum in anima: alioquin frustra corpori vniueretur: manifestum est autem q. terra in cuius corpore nulla vite operatio apparet: non potest esse animata.

67. **D**ubitatione autem quia secundum primam quidem vnam existentem lationem magna multitudo constat astrozum. Aliorum autem sigillatim

68. **V**ni quodque accepit proprios motus. **P**ropter vnum quidem vtrique quis primus rationaliter existimabit hoc existere. Intelligere. n. oportet: vite et principij vniuscuiusque multas excellentias esse prime ad alias. **Lectio. XIX.**

**R**emissa solutione prime dubitationis hic soluit dubitationem secundam: qua. s. querebatur quare cum in spera primi motus sint innumerabiles stelle in qualibet aliarum inferiorum non est nisi vna: ponit autem ad hoc tres solutiones: quarum prima est sumpta ex excellentia prime spera ad alias: et dicit q. circa dubitationem qua dubitatur quare secundum motum prime spera qui est vnus inuenitur magis multitudo astrozum. in alijs autem speris inferioribus planetarum vnaqueque stella seorsum accipit proprios motus:

vt. s. alij sint motus saturni. alij iouis. et sic de alijs: cum tamen omnes stelle fixe sint locate secundum proprium motum. Dicendum est q. alij potest existimare hoc rationabile esse. primo quidem propter hoc vnum: q. oportet intelligere q. prima spera habeat magnam excellentiam in comparatione ad alias speras. Tu quantum ad vitam: q. s. habet meliorem vitam vt pote hinc nobiliores animas. Tu quantum ad hoc quod est esse principium vniuscuiusque: q. s. vniuersalis causalitas magis competit prime spera q. alicui aliarum. Que quidem excellentia considerari potest ex tribus. primo quidem: q. immediatus ordinatur ad primus motorem. scdo q. continet et reuoluit omnes alias speras. 3. autem q. huius motum simplicissimum et velocissimum. Manifestum est autem: q. id quod est nobilissimum et magis actiuum in corporibus celestibus: est stella: quod ostendit luminositas ipsius. Et ideo conueniens est q. prima spera abundet in multitudine stellarum per comparationem ad alias speras. Si vero supponamus: q. spera stellarum fixarum non sit suprema spera: sed sit alia spera ea superior: in qua nulla est stella: nec differt ad propositum: q. motus spera non est nisi per motum stelle vt dicitur in. 12. meta. unde ille motus supreme spera que caret stellis: ordinatur ad motum stellarum fixarum. Sicut secundum antiquos astrologos vnusquisque planeta habet multas speras carentes stella. ordinatas ad motum stelle infixe in vltima earum. et secundum hoc quantum ad ordinem motus illa spera prima cadit in eundem ordinem cum stellarum fixarum spera. Propter quod etiam Aristo. signanter dicit esse multas stellas secundum primam lationem: non autem secundum primam speram: q. lationes determinantur secundum stellas propter quas deferendas mouentur spera: non autem secundum speras. hoc autem solum ingerit q. motus stellarum fixarum non est omnino simplex. vt dicit Aris. et supponit: s. compositus ex duobus motibus. **S**cdas rationes ponit ibi.

**E**rit autem vtrique accidens secundum rationem. Prima quidem. n. vna ens: multa mouet corporum diuinozum. Adhuc autem entes: vnus solum vnaqueque. Errantius. n. vni quodque pluribus fertur lationibus. Sic quidem igitur adequat natura: et facit ordinem: vni quidem lationi multa tribuens corpora: vni autem corpori multas lationes.

**Q**ue quidem sumitur secundum proportionem multitudinis stellarum ad multitudinem motuum: et dicit hoc quod in dubitatione ponitur: secundum rationem accidere. Nam prima latio cum sit vna: secundum eas mouentur multa celestium corporum: que vocat corpora diuina propter sui perpetuitatem. Inferiores autem lationes: multe earum mouent vnus corpus solius: q. quelibet stellarum errantium. i. planetarum: mouet pluribus motibus: vt supra dictum est. Sic igitur natura quandam proportionis equalitatem inter stellas fixas et planetas et ordinate eas disposuit: ita. s. q. vni primo motui attribuit multa corpora: id est multas stellas: e contrario autem circa planetas vni corpori: id est vni stelle attribuit multos motus. Et rationabiliter ita distribuit: nam planete sunt quasi instrumenta quedam suprema spera quasi si principalis agentis in corporibus: in quantum planetis mediantibus quodammodo deferuntur et cooptantur multiplices influentie stellarum fixarum ad hec inferiora. Instrumentum autem agit. in quantum est motus: principale autem agens agit secundum formam et virtutem propriam. Et ideo conueniens est q. suprema spera abundet in multitudine stellarum: in quibus radicanter diuerse virtutes actiue: plante autem abundant in multitudine motuum. Saluatur autem hec ratio etiam secundum positionem modernorum philosophorum. Nam et si spera stellarum fixarum habeat duos motus: minimum tamen de 2. eorum participat qui tardissimus est in ea. **T**ertiam rationem ponit ibi.

66. 70.

66. 71.

69.

66. 72.



66. Et adhuc propter hoc quidem unum ha-  
 70. bent corpus alie rationes: quia multa corpora  
 mouent que prime ultime et unum habentis.  
 In multis enim speris ultima spera infixa fer-  
 tur: vnaqueque autem spera corpus existit ens.  
 Illius quidem igitur commune erit opus. Hec  
 quidem enim singularis propria per naturam  
 66. latio. Hec autem velut apponitur. Omnis  
 71. autem finiti corporis ad finitum virtus est. Sed  
 de circulari quidem motu latius astris dictum  
 est: qualia quedam secundum substantias sunt:  
 et secundum figuram: et de latrone: et ordine ipsorum.

Que quidem sumitur ex multitudine sperarum mouentium  
 unumquodque planetarum secundum positiones antiquorum astrologorum et  
 dicitur: quod in quolibet apparenti motu planetarum inuenitur vnus  
 67. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 95. 96. 97. 98. 99. 100.  
 96. 97. 98. 99. 100.  
 97. 98. 99. 100.  
 98. 99. 100.  
 99. 100.



Quis philosophus determinauit de corpore celesti:  
 quod mouetur circulariter: hic determinat de  
 terra: non secundum quod est unum quatuor elementorum:  
 sed secundum quod est centrum celestis motus: sicut  
 de ea tractant astrologi. primo ergo dicit de  
 quo est intentio. secundo prosequitur propositum ibi. De po-  
 sitione quidem etc. dicit ergo primo: quod cum dictum sit de  
 celo: relinquatur dicere de terra: de qua dicit se determi-  
 naturum. primo de situ eius: vbi. scilicet sit posita. secundo de quie-  
 te eius. scilicet si sit de numero eorum que quiescunt vel que moue-  
 tur. tertio de figura eius vtrum sit spherice figure vel cuius-  
 cuiusque alterius. Deinde cum dicit.

De positione quidem igitur non eandem omnes  
 habent opinionem: sed pluribus in medio po-  
 sitioni dicentibus quicunque totum celum fini-  
 tum esse aiunt: contrarie autem qui circa Ita-  
 liam vocari pythagorici dicunt. In medio qui-  
 dem ignem esse inquit: terram autem vnus  
 astrozum existentem circulariter circa medium  
 nocte et diem facere. Adhuc autem opposita  
 aliam huic astruunt terram: quam antichthona  
 nomine vocant.

Exequitur propositum: et persequitur predicta tria secundum opinionem  
 aliorum. 2o secundum veritatem ibi. Nos autem dicamus. Circa primum duo  
 facit. primum ponit falsas opiniones quorundam circa terram. 2o assi-  
 gnat falsas rationes illorum circa veram positionem de gete terre  
 ibi. Desistere et dubitare. n. etc. Circa primum tria facit. primum po-  
 nit opiniones aliorum circa situm terre. 2o circa gete. et motum  
 ibi. Sicut autem et de maiestate. 3o quantum ad figuram ibi. Et de figu-  
 ra autem. Circa primum tria facit. primum ponit opiniones aliorum circa  
 situm terre. 2o ponit rationes eorum ibi. Non ad apparentia etc. 3o sol-  
 uit ibi. Tamen medium. Dicit ergo primo: quod de situ terre non omnes  
 philosophi habent eandem opinionem: quicunque. posterunt totum vniuersum  
 esse infinitum: non potuerunt assignare terre determinate situm.  
 eo quod in infinito non est accipere medium et extrema. sed  
 plures eorum qui posterunt totum mundum esse finitum:  
 dixerunt terram esse positam in medio mundi sicut ana-  
 xander. Anaxa. demo. empedocle. et plato. Sed quidam phi-  
 losophi qui dicuntur pythagorici in partibus italie com-  
 morantes econtra dixerunt quod ignis positus est in medio  
 mundi: terra autem ad modum vnus stellarum mouetur  
 circulariter circa medium mundi. similiter ponebant ali-  
 am terram oppositam illi terre: quam ponebant moueri  
 sicut istam: quam vocabant antichthona: eo quod est contra  
 posita huic terre: que tamen a nobis videri non potest pro-  
 pter hoc quod sequitur in suo motu terram istam: in qua nos  
 habitamus: ita quod per totum corpus terre interponitur in-  
 ter visus nostros et alteram terram. Et licet pythagorici  
 dixerint secundum apparentiam suorum sermonum: intelligebant  
 tamen metaphorice loquentes ignem esse in medio: quia  
 calor naturalis ex sole et alijs stellis preceus usque ad me-  
 dium mundi pertingit omnia quodammodo contemperans  
 et conseruans. terram autem dicebant esse stellam: quia  
 est ca. diei. et noctis: per suam habitudinem ad solem: terram  
 autem aliam vocabant lunam: vel quod obsistit lunari lumini  
 sicut et terra: vt in eclipsibus patet: vel quia est terminus  
 celestium corporum versus nos: sicut et terra est terminus  
 elementorum. Deinde cum dicit.

Non ad apparentia rationes et causas que  
 rentes: sed ad quasdam rationes et opiniones  
 ipsorum apparentia attrahentes et teratres adornare.  
 Ponit rationem eorum. Et circa hoc duo facit. primo  
 ponit qualitatem positionis eorum. 2o ponit ipsas rationes ibi.

66. 70. **Q**uoniam autem de terra dicere vbi  
 existat posita: et vtrum quiescentius  
 aut motorum: et de figura ipsius.





Honorabilissimo. n. Circa primus duo facit. primo ponit qualibus rationibus pithagorici utebantur. et dicit quod pithagorici non querebant solummodo rationes et causas ut applicarent eas ad ea que sensu apparent. sed e converso ea que sensu apparent: conabantur reducere: et per quadam violentiam attrahere ad quasdam rationes et opiniones inestimabiles: quas ipsi precogitabant: quod quidem conveniens est in his que ab homine fiunt: quorum principium est intellectus humanus. In his autem que arte divina sunt facta: oportet e converso quod ipsi ex operationibus que videntur considerent operum rationes: sicut artifex ex rationibus preconceptis assimilatur domum quam facit: sed quicumque alius videret domum iam factam: ex ipso opere viso: consideraret operis rationes. **C** 2<sup>o</sup> ibi.

73. **C** Ad ultimum autem videtur et alijs simul videbitur non oportere terre medij regionem assignare credibilem non ex apparentibus considerantibus: sed magis ex rationibus.

**C** Ostendit quod eisdem rationibus pithagoricoz multoties alios possibile est moveri: et dicit quod multis alijs preter pithagoricos videri poterit quod non oporteat mediam latitudinem assignare terre dum considerat id quod oporteat credere: non ex his que apparent: sed magis ex intelligibilibus rationibus. Quod quidem non dicit quod aliqui preter pithagoricos hoc posuerunt ante Aristotelem. sed quod possibile erat alios ex his rationibus moveri. Unde dicitur post Aristotelem: arcidemus fuisse. **C** Deinde cum dicit.

**C** Honorabilissimo enim putant convenire honorabilissimam existere regionem: esse autem ignem terra quidem honorabiliozem: terminum autem intermedijs: extremum autem et medium terminos. Quare ex his recogitantes non putant in medio spera poni ipsas: sed magis ignem.

**C** Ponit duas rationes: quarum prima est quod putabant honorabilissimo honorabilissimam regionem competere. id est locum: eo quod loca proportionantur corporibus secundum eorum naturam. Manifestum est autem quod ignis est honorabilior quam terra: tum propter claritatem: tum propter virtutem activam: tum etiam propter subtilitatem ipsius: manifestum est autem quod termini sunt nobiliores his que sunt inter media inter terminos sicut terminus terminato. et continens contentum. Id autem quod est extremum. id est supremum in mundo et medium mundi ponebant esse quasi terminos que propter hoc ponebant nobilissima loca. Et ideo ista cogitantes non ponebant terras in medio spera mundialis: sed magis ignem: qui tenet secundum locum nobilitatis post celestia corpora que sunt in extremo. **C** Secundam rationem ponit ibi.

**C** Adhuc autem pithagorici quidem propter maxime convenire servari principalissimum totius. Ad medium autem esse tale Jovis carcerem nominant: hanc habentem regionem ignem.

**C** Dicit quod pithagorici ponebant ignem in termino mundi: propter hoc quod cum sit principalissimum inter elementa: maxime debet conservari: sicut res preciosas diligentius custodimus: medium autem locus videtur habere tales conservandi dispositionem quasi vallatus et firmatus ex omnibus que circumstant media. Et inde est quod pithagorici metaphorice loquentes nominabant hanc regionem que habet ignem esse carcerem vel custodiam Jovis: et hoc si intelligamus ignem esse custodiam: si autem intelligamus ignem esse custodientem: oportet e converso intelligere quod ignis qui habet hanc regionem. id est qui tenet medij locum dicatur carcer Jovis quasi huius virtutem custodiendi. **C** Deinde cum dicit.

74. **C** Tanquam medium simpliciter sit dictus:

et quod magnitudinis medium et rei existens medium et nature. Quamvis quemadmodum in animalibus non idem animalis et corporis medium: sic existimandum magis et circa totum celum: propter hanc quidem igitur causam nihil eos oportet timere circa totum: neque adducere carcerem ad centrum: sed illud querere medium quale quid: et ubi aptum natum est. Illud quidem. n. principium quod medius et honorabile. Locum autem medij assimilatur ultimo magis quam principio: quod quidem. n. determinatum medij: quod autem determinans finis: honorabilior autem continens et finis quam finitum: hec quidem. n. materia: hec autem substantia consistentie est. **C** De loco quidem igitur terre hanc habent quidam opinionem.

**C** Soluit predictam rationem et dicit quod pithagorici in predicta ratione utebantur nomine medij: ac si simpliciter id est univoce diceretur medium magnitudinis et id quod est medium rei. secundum naturam: per quod. scilicet natura rei conservatur: sicut videmus in animalibus quod non est idem medium a quo natura animalis conservatur quod est corpus: et quod est medium quantum ad corporis magnitudinem: quod est magis umbilicus: et ita est etiam estimandum in toto celo. id est in toto universo. Et propter hoc non oportet eos dubitare circa totum universum: quasi indigeat custodia: ita quod oporteat carcerem sive custodiam universi attribuire centro: quod est medium magnitudinis: sicut oportet querere de eo: quod est medium nature in universo: sicut in animali quale sit secundum naturam. et quis locus ei naturaliter competit. Et hec duo manifestat primo ostendens quale sit medium universi: quod proportionatur cordi animalis: et dicit quod est principium aliorum corporum: et maxime honorabile inter alia corpora: et hec est spera stellarum fixarum: non autem competit ei locus medius sed magis locus extremi continentis: quia id quod est medium magnitudinis inter loca universi: magis assimilatur ultimo quam principio. Et hoc ideo: quia medium est contentum. et determinatum omnibus alijs. Id autem quod est finis. id est extremum inter corpora secundum ordinem locorum habet rationes determinatis et continentis: manifestus est autem quod continens est honorabilior contento. et finis quam finitum: quia contentum et finitum pertinent ad rationem materie: esse autem continens et finis ad rationes forme: que est substantia totius continentie rerum. Et ita corpora continentia sunt magis formalia: corpora autem contenta sunt magis materialia. Et ideo in toto universo: sicut terra que ab omnibus continetur in medio localiter existens est maxime materialis: et ignobilissima corporum. Ita etiam suprema spera est maxime formalis et nobilissima: et inter elementa ignis est maxime continens et maxime formalis. ultimo autem epilogo concludit quod de loco terre quidam habent talem opinionem etc.

**C** Similiter autem et de mansionem et motum. Non enim eodem modo omnes suspicantur: sed quicumque quidem neque in medio ponit: aiunt ipsam moveri in circuitu circa medij: non solum autem hanc: sed et antichthona: quemadmodum diximus prius. Quibusdam autem videtur et plura corpora talia: tringere ferri circa medij: nobis immanifesta pro suppositionem terre. **Lectio XXI.**





**D**istat phus posuit opiniones de situ terre hic ponit opiniones de motu: et gete ipsi: et ponit duas opiniones: quoniam secundam ponit ibi. Quidam autem et positam. Circa primam tria facit. primum ponit positiones. secundo inducit quaedam probationem ipsorum ibi. Propter quod et lune et tertio ostendit quomodo obuiabant rationibus in contrariis inductis ibi. Quoniam .n. non est terra: dicit ergo primo. quod sicut de loco terre diuersimode loquuntur philosophi: ita etiam et de motu et quiete ipsi: sed quicumque non dicunt ipsam esse positam in medio mundi sicut pythagorici: attribuunt ei motum circulariter quo mouetur circa medium. nec dicunt hanc solam terram moueri in qua nos habitamus: sed etiam quaedam alia: quam vocant antichthonam. id est contra positam huius terre: sicut supra dictum est: et hoc ponebant propter perfectionem denarii numeri: ut sint octo corpora celestia circulariter mota. scilicet septem stellarum fixarum: et septem planete: impleatur denarius numerus positus duabus terris circulariter motis. Quidam autem pythagorici sunt qui non solum ponunt quod sint due terre circulariter motae: sed quod sunt plura alia corpora terrea circa medium mota: que quidem sunt nobis immanifesta propter hoc quod hec terra in qua habitamus superponitur alijs ita scilicet quod alie sequuntur motum ipsius: et ideo interpositio huius terre inter visus nostros et illas occultat eas nobis.

**D**einde cum dicit. Propter quod et lune eclipses plures quam solis fieri inquit. Latorum enim vnunquodque occultare ipsam: sed non solam terram.

**I**nducit eius quod ultimo dictum est probationem. secundum eos. Manifestum est. n. quod sicut eclipsis solis contingit propter interpositionem lune inter nos et solem: ita eclipsis lune contingit propter interpositionem terre inter solem et lunam: pluries autem eclipsatur luna quam sol. Quod quidem dicebant accidere propter hoc quod vna sola luna est que eclipsat solem: interposita inter nos et ipsam: lunam autem non solum eclipsat ista terra in qua nos habitamus: sed plures alie. Sed hec ratio eorum nulla est: quia nunquam inuenitur luna eclipsari nisi per interpositionem huius terre inter lunam et solem: quando scilicet luna subintrat umbram huius terre: accidit autem pluries eclipsari lunam quam solem: quia eclipsis solis impeditur propter diuersitatem aspectus.

**Q**uoniam enim non est terra centrum: sed distat per hemispherium ipsius totum nihil prohibere putant apparatus accidere similiter non habitantibus nobis in centro: quemadmodum et si in medio esse terra: nihil enim neque nunc facere manifestum per medietatem distans ab his que diametri.

**O**stendit quomodo obuiabant rationibus contra se inductis: quorum tamen precipuum est quod nisi terra esset in medio mundi: orizon: qui est superficies transiens per visum nostrum non secaret semper totam speram et maximos circulos eius in duo media. ita scilicet quod semper apparerent nobis sex signa super terram. et sex signa sub terra. Sed ad hoc ipsi respondebant quod tota terra non est centrum: quia centrum est indiuisibile et puntuale: terra autem est corpus magnitudinem habens. unde circulus videtur qui est in superficie terre a centro: tamen hoc non impedit quin alia accidant nobis apparere: sicut si visus noster esset in centro: et hoc est propter puritatem terre que quasi nullius est grauitatis in comparatione ad totum celum. Et similiter existimabant quod si terra in qua nos habitamus non sit in medio: quod omnia apparentia accidant: sicut si terra esset in medio mundi: quia etiam nunc non manifestat distantiam a medio quantum ad apparentia que visus non

ster distet a medio mundi per totam medietatem diametri terre. Sed hoc intelligi posset: si terra per modicum spacium distaret a medio: non autem si distaret per multum spacium. Sunt autem quedam alia apparentia que non solum saluarentur si terra non esset in medio que accidunt: puta eclipsim lune per directam oppositionem lune ad solem. Nisi enim terra semper esset in medio: non semper sequeretur eclipsis lune quando est in oppositione existens in capite vel in cauda: et tamen in eclipsi lune nihil operatur aspectus noster.

**Q**uidam autem et positam in centro: dicit ipsam reuolui et moueri: circa eum qui semper statutum polum: quemadmodum in thymeo scriptum est.

**P**onit secundam opinionem et dicit. quod licet quidam dicant terram in centro positam: dicunt tamen ipsam moueri et reuolui circa polum semper statutum. id est circa axes mundi. Nam polum quandoque dicitur celus: quandoque autem dicitur axis: quandoque vero dicitur extrema pars axis: sicut dicitur polum arcticus et antarcticus. Et hoc dicit scriptum esse in thymeo. Est autem notandum: quod illud quod hic dicitur reuolui vel conuerti: sumpsit Aristoteles. ex eo quod plato in thymeo per linguam grecam dixit illomenam esse eum qui per omnes ordinatum poli: hoc autem quod dicitur illomenus si in greco scribat per iota significat alligationem: si vero scribatur per digamma significat prohibitionem. Videtur autem a platone sumptum istud vocabulum per quod significat alligationem: ut patet per ea que ipse dicit de terra in libro phedronis: ubi asserit in medio quiescentes. et quasi ligatam. et sic videtur contra intentionem platonis Aristoteles excusans quod hoc quod dicitur illomenum significat prohibitionem vel violentiam: sed quia ista significatio non conuenit per ea que ibi plato intendit: Aristoteles intellexit quod illomenum translative acciperet a platone: prout conuenit translative significare conuersionem que designat motum: nec pertinet aliquid ad res presertim si plato alibi aliter dixit ab his que dixerat in phedrone. motus ex aliqua alia ratione: Nam Aristoteles hic proponit id quod in thymeo scribitur siue hoc sit inductum tanquam platonis placens: siue tanquam thymei opinio: quam plato non approbat. unde non dicit quemadmodum plato dicit. sed quemadmodum in thymeo scriptum est. Sed contra hoc multipliciter obicit simplicius. primo quidem quia thymeo ibi probat terram in medio esse locatam et firmatam. Secundo quia illomenam scribitur per vnum iota: prout significat alligationem. Tertio quia conuersione non significat semper motum. dicuntur enim circulares figure conuerti: id est ad omnem partem uerse: etiam si sint quiescentes. Quarto quia cum dictio multa significet: non oportuit significationem eius trahere ad manifestum contra intentionem platonis. Sed contra hanc iterum dicit simplicius quia non est probabile quod Aristoteles ignoraret aut significationem vocabuli aut intentionem. Et ideo potest dici: quod quia possibile erat aliquos false intelligere verba platonis. Aristoteles remouet falsum intellectum: qui ex his verbis haberi posset: sicut frequenter consuevit facere circa verba platonis. Vel potest dici quod hoc quod dicitur moueri: est ab aliquo alio appositum. In greco autem dicitur illecto pro quo hic est translative remoueri: potest autem significari quod in greco positum est: et alligationem et motum: ita quod intelligamus: quod postquam Aristoteles posuit opinionem pythagoricorum de motu terre circa medium: hic ponit opinionem platonis de quiete terre in medio. Possimus autem et breuius dicere: quod quidam Era

polo:

axe

oto

polo:


oblecto

polo:

Ed. 75.



clitus ponticus posuit terram in medio moueri & celum  
 quiescere: cuius  
 opinionem hic  
 Arif. pōit. Qu  
 tem addit: quē  
 admodū in thy  
 meo scriptū ē: re  
 ferēdū est nō ad  
 id qd dicitū ē re  
 uolui & remoue  
 ri: s; ad id qd se  
 quitur qd semp  
 statutum polum. **C** Deinde cum dicit.



76.

**S**imiliter autem & de figura dubita  
 tur: his quidez. n. videtur esse speri  
 ca: his autem lata & figura tympani  
 nis.

**C** Ponit opinioēs de figura terre. & primo ponit opinio  
 nes dicēs qd sllr dubitat de figura terre sicut de motu &  
 situ. Quibusdā. n. videt qd terra sit spherica: quibusdā autē  
 videt qd sit lata hñs figurā tympani. **C** Scōo ibi.

**C** Faciunt autem argumentum: qz occidens  
 & oriens sol rectam & non circularem occultra  
 tionem videtur faciens a terra tanquaz oppo  
 tunum: siquidem esset spherica circularem fieri  
 a terra abscissionem.

**C** Ponit ratioēs duas huius secūde opiniois: quarū pri  
 ma est: qd faciūt argumētū accipiētes hoc signū qd sol oc  
 cidens & oriēs secatur a terra secūdū rectā lineā & nō cir  
 culare: qñ. s. pars solis est apparēs super terrā: pars aut oc  
 culta: si aut terra eēt spherica: videt qd oporteret qd se  
 catio illa eēt circularis: qz duo corpora spherica se interse  
 cant intersecōe circulari: b° aut argumētū excludit ibi.

**C** Non attendentes elongationez solis ad ter  
 ram & rotunditatis magnitudinez: quomodo  
 iam apparentibus paruis circulis recta vide  
 tur a longe: propter hanc quidem igitur fanta  
 siam nihil ipsos discurrere oportet non rotun  
 dam molem esse terre.

**C** Et dicit qd illi qui ponūt hoc argumentū nō attēdunt  
 distātiā solis a terra & magnitudinē rotunditatis. s. vtri  
 usq. videmus. n. qd etiā parui circuli a longe apparentes  
 vident secūdū modū lune recte: vnde multo magis pro  
 portioēs magnoz circuloz a longe recte vident qd sunt  
 minus curue. Sed hoc p̄cipue itelligēdū est qñ circulus  
 est in eadē superficie cū visu sicut secatio solis & lune q non  
 est in eadē superficie cū visu nostro. vñ nō videtur recta  
 sed circularis vt supra dictuz est cū ageretur de figura  
 stellarum. **C** Scōam rationem ponit ibi.

**C** Sed adhuc opponunt & dicūt propter qe  
 tem necessariū figurā hāc habere ipsaz. Etenī  
 de motu & māsiōe dicti modi multi existūt.

**C** Dicens qd adhuc addūt rationem ad idem dicētes. qd  
 necesse est terrā ad hoc qd quiescat: habere figurā latam:  
 nam figura spherica facile mobilis est: qz in modico tāgit  
 superficiē: sed figura lata secūdū se totā tangit superficiem  
 & ideo est apta ad quietē. Et ne credatur qd hec causa qe  
 tis terre cōiter ab omnibus assignetur: subiūgit qd de mo  
 tu & quiete terre multi modi dicuntur: vt parebit ex his  
 que infra dicentur.

77.

**C** Desitare quidem igitur omnibus necessari

um superuenire: forsitan enim irrationabilio  
 ris mentis non mirari quomō quandoq; par  
 ua particula terre quidez si eleuata dimittatur  
 fertur: & manere non vult: & plus semper ve  
 locius: totam autem terraz siquis dimittat: cū  
 eleuauerit: non vtique fertur. Nunc e antez qe  
 scere totam grauitatem. Sed adhuc vtique si  
 quis latis particulis ipsius ante eadem amoue  
 at terram: ferentur deorsum nullo resistente.

**C** Quare stupere quidem merito factum est  
 philosophia omnibus. **Lectio. XXII.**

**D**istq; phis exclusit opinioēs eoz qui falsas  
 opinioēs circa terrā habebāt: hic psequitur  
 opinioēs eoz qd veraz opinioē circa terram  
 hñtes. s. qd ipa quiesceret: incōueniētes rōes  
 quietis terre assignabāt. & primo mouet du  
 bitationē. & pponit solutionū isufficiētiā qd aly assigna  
 bāt ibi. **S**olutioēs aut de his rē. Dicit qd pmo qd necessari  
 um videt qd in oib° supueniat qdā dubitatio circa terrā:  
 qz siquis de hoc nō miret videt irrationabilē mentē habe  
 re: qst qui nō possit difficultatē p̄cipē: quō. s. si aliquē eleue  
 tur p violētiā aliqua pua terre p̄ricula: & postea dimittat  
 fertur deorsuz & nō vult manere. i. nō hz aptitudinē natu  
 ralem vt gescat: & q̄to maior. s. accipiat terre p̄ricula: tan  
 to veloci⁹ fert. videt aut qd si tota terra posset ab aliquo  
 eleuari a suo loco in sursum: & postea dimittat nō ferret  
 ferius. Et hoc quidē videt per hoc: qd nunc accidit circa  
 totā terrā. Cū. n. hēat intēfaz grauitatē nō mouet isferius  
 s; quiescit in suo loco. Vñ videt qd in quocūq; situ mūdi  
 poneret: qd ibi gesceret eadē ratioē qd nūc in hoc loco ge  
 scit. & hoc q̄stū ad illos q existimant omnē locū indifferē  
 ter se habere ad quodlibet corpoz. Et qz posset aliqs di  
 cēre qd p̄tes terre eleuate q nō dimittunt ferunt deorsū  
 vsq; ad hūc locū: in quo modo est terra nō amplius: ideo  
 ad dubitationē augēdaz adiūgit: qd si aliquis sursum ferat  
 aliqs particulas terre. & p̄tingat qd anteq; ille p̄cicle ter  
 re cadētes reuertant ad terrā remoueat terrā a suo loco:  
 p̄tes terre sursum eleuate ferunt deorsuz. i. magis infra qd  
 sit locus vñ fuerāt assūpte: ex quo iam nō est aliqd ipedi  
 ens. Et hoc p̄or aliqs concere de toto & parte: si. n. aliqs  
 lapidē sursum proyciat: & anteq; cadat foueā faciat in terrā  
 descēdet lapis ille quousq; resistētiā inueniat: & ita videt  
 qd cū tota terra nullā resistētiā hēat: aliquo impediēte de  
 scēsum ipsi⁹: mirū eē qd nō descēdat. Concludit ergo: qd  
 hoc ipsuz qd est stupe. i. vehemēter admirari circa h° oī  
 bus phis factū est philosophima. i. phie consideratio: vel  
 phofandi occasio: sicut in p̄n° metaphisice dicit. qd ex ad  
 mirari inceperunt homines phari. **C** Deinde cum dicit.

**C** Solutiones aut de hoc nō magis incōueniē  
 tes esse videri dubitatōe mirabit vtique aliqs.

**C** Proponit isufficiētiā rationū a phis circa h° assignata  
 rum. & dicit qd nō solū aliqs admirat de hoc qd sic accidit  
 circa terrā: sed etiā aliqs pōt admirari qd phi volētes sol  
 uere p̄dictā dubitationē: nō videt qd solutioēs de hac du  
 bitatōe assignate ab eis: sunt magis incōueniētes qd sit ipa  
 dubitatio. Improbabiliora. n. dixerūt eo: ex quo dubita  
 tio consurgit. vnde ipse solutiones magis augent dubita  
 tionem. **C** Deinde cum dicit.

**C** Hi quidem. n. propter hoc infinitum quod  
 deorsum terre esse aiunt: queadmoduz p̄eno  
 phontes Colophonius: vt non negocientur  
 querentes causam.

78.



**C** Ponit quinque solutiones predicte dubitationis. secun-  
da incipit ibi. Di autē in aqua etc. Tertia ibi. Anaximenes  
autē etc. Quarta ibi. Quoniam autē manent etc. Quinta ibi.  
Sunt autē quidam etc. Circa primum duo facit. primo pponit  
solutionem primam. et dicit quod quidam propter hoc. ut. i. evita-  
rent difficultatem predictam dicunt quod deorsum terre. est in-  
finitum. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Uno modo sic. quod  
aer qui est infra terram sit infinitus quasi terra ad hoc non  
moueat inferiorius: quia nihil mouet ad infinitum. Alio modo. et  
verius intelligitur quod ipsa terra versus partem inferiorē sit  
infinita. et ita in infinitum superior pars eius retinetur ab inferiori: ut  
non descendat: quod promptius est ad intelligendum: huius autem  
opinionis dicitur fuisse Xenophanes Colophonius: qui quid-  
dem dixerunt: non quidem quod secundum se verisimile videatur: sed  
ut non cogerentur laborare ad inquirendam causam ge-  
tis terre. **C** Secunda ibi.

**C** Propter quod et Empedocles sic obstu-  
puit dicens: Siquidem infinite terre profun-  
ditates: et inensus ether: quod per multorum bo-  
rum linguam dicta vane effusa sunt: modicum  
totius intelligentium.

**C** Ponit quomodo Empedocles hanc solutionem deri-  
sit. et dicit quod quidam predicti homines hoc non dicebant quasi ali-  
quod verisimile: sed ut questionem vitarent: Empedocles ob-  
stupuit. i. vehementer admiratus est de eorum errore sic di-  
cens in suis versibus: quos de philosophia proposuit: siquidem  
inquit infinite sunt terre profunditates: quasi diceret: terra  
est in infinitum profunda. et ether. i. aer vel ignis est et inen-  
sus in altum. et dixit quod hec vane. i. sine ratione effusa sunt. i.  
diuulgata: cum sint dicta per linguam multorum: quasi di-  
ceret. ex ore multorum hominum intelligentium modicum to-  
tius. i. de natura vniuersi. Per quod dedit intelligere quod  
ex defectu intellectus puenit: quod hoc aliqui dixerunt solo ore  
cum iterius consideratum non sit verisimile: fuit autem contentus  
Aristoteles de hac Empedoclis reprehensione: tunc propter impro-  
babilitatem eius quod dicitur: tunc etiam quia in primo ostensum  
est quod non potest esse grauitas infinita. **C** Deinde cum dicit.

**C** Di autem in aqua poni: hunc enim antiquissi-  
mus suscepimus sermonem: quem aiunt dice-  
re Thalem milesium: tanquam propter nata-  
tionem esse manentem: quemadmodum lignum  
vel aliquid tale alterum. Et enim horum in ae-  
re quidem nihil naturae est manere: sed in aqua

**C** Prosequitur secundam solutionem. et primo pponit eam. se-  
cundo improbat ibi. Tanquam non eadem etc. tertio assignat  
rationem defectus huiusmodi solutionum ibi. Sed viden-  
tur etc. Dicit ergo primo quod sicut predicti posuerunt terram su-  
stentari a terra in infinitum: ita quidam dixerunt terram po-  
ni super aquam: que quidem est antiquissima opinio: quam ut  
dicitur: Thales milesius posuit qui fuit vniuersi de .7. qui di-  
cti sunt sapientes. et primus se intromisit de philosophia. et posuit aquam  
esse principium omnium rerum: ut dicitur in primo metaphysice.  
Unde et posuit terram esse locatam super aquam: ut quiescat  
ibi per modum supernationis: sicut accidit de ligno. et  
de similibus quorum nihil naturaliter mouetur in aere: sed  
in aqua manet huiusmodi per supernationem: et sicut dicebat  
accidere de terra. **C** Deinde cum dicit.

**C** Tanquam non eadem ratione existente de-  
terra et aqua sustinente terram. Neque enim  
aqua nra est manere eleuata: sed in aliquo est.

**C** Improbat quod dictum est tribus rationibus. et dicit  
quod sic assignata est predicta solutio tanquam non sit eadem ratio

de terra et aqua: quam ponit sustinere terram. Videmus enim.  
quod sicut terra si eleuetur: non manet nisi sustentetur ab ali-  
quo. ita nec aqua eleuata: nata est manere: sed oportet quod sit in  
aliquo sustentate ad hoc quod quiescat. et ideo si terra sustentaretur  
ab aqua: remaneret eadem difficultas a quo sustentaretur aqua.

**C** Secundam rationem ponit ibi.

**C** Adhuc autem quemadmodum aer aqua le-  
uior: et terra aqua. Quare quomodo possibi-  
le est leuius magis deorsum poni grauiori se-  
cundum naturam.

**C** Et dicit quod sicut aer est leuior quam aqua. ita et aqua est le-  
uior quam terra vel minus grauis. Est autem ratio leuioris quod super-  
emineat grauiori secundum naturam. non est ergo possibile quod  
aqua que est leuior: ponatur magis deorsum quam terra que est  
grauior secundum naturam: nisi forte quis dicat quod partes mundi non  
sunt ordinate secundum naturam: quod est inconueniens. **C** Ter-  
tiam rationem ponit ibi.

**C** Adhuc autem siquidem tota nata est mane-  
re in aqua: palam quod et particularum vnaque-  
que ipsius. Nunc autem non videre hoc factum: sed que-  
libet particula fertur in fundum et velocius maior.

**C** Que ratio talis est: sicut in primo habitus est: idem est mo-  
tus naturalis: et etiam quies est eadem: totius terre et par-  
tis eius. si ergo tota terra nata est manere in aqua super-  
natando ipsi: manifeste sequitur quod quelibet particularum  
eius possit manere in aqua per supernationem: sed hoc  
non videmus accidere: quoniam quilibet pars terre po-  
sita in aqua: fertur ad fundum ipsius: et tanto velocius: quan-  
to fuerit maior. et multo velocius tota terra fertur inferiori si sit  
supposita aqua. **C** Deinde cum dicit.

**C** Sed videntur vsque ad aliquid querere: sed  
non vsque quidem vbi possibile dubitationis.  
Omnibus enim nobis hoc consuetum: non  
ad rem fieri questionem: sed ad contraria dice-  
tem. Et tenet ipse in seipso querit vsque quo vti  
quod vbi non amplius habeat contradicere ipse  
sibi: propter quod oportet quesitum bene in-  
stantes esse per proprias instantias generi: hoc  
autem est omnes considerasse differentias.

**C** Assignat causam defectus dictarum solutionum. et di-  
cit hoc accidisse quod tam defectivas solutiones assignauerunt:  
quia videntur querere circa dubitationes vsque ad  
aliquem terminum. et non quousque possibile sit dubitari.  
Oportet autem eum qui vult recte soluere: ut perducatur  
solutionem vsque ad id vbi non sit amplius dubitatio: quod  
illi non faciunt. Cuius rationem assignat connumerans se  
alijs causa vitae de iactantia dicens quod omnibus nobis dubita-  
tiones soluentibus hoc videtur esse consuetum: ut inquisitio  
fiat non ad rem sed ad contraria dicentes. i. non quousque  
natura rei requirit: sed quousque aduersarius non habeat  
ulterius contradictionem. quia etiam hoc quilibet obser-  
uat ad seipsum: ut cum ipse dubitat de aliquo: querat in  
seipso quousque ipse non habeat in promptu unde sibi con-  
tradicat. Sed illud non sufficit. quia cum aliquis vult ve-  
ram solutionem inuenire: oportet quod non sit contentus obie-  
ctionibus quas habet in promptu: sed diligenter inqui-  
rat causas. et propter hoc sicut ipse subdit: oportet cum quis  
vult bene inquirere veritatem esse promptum ad hoc quod  
instet et sibi ipsi et alijs non per instantias sophisticas: sed per  
instantias reales et rationabiles proprias. i. conuenientes  
generi de quo ingritur. Et hoc quidem contigit ex hoc quod

78.

79.

80.



homo considerat omnes differentias rerum ex quarum similitudine questio soluit: sicut Thales soluit questionem presentem ex similitudine ligni ad terras: fuisse autem ei consideranda differentia utriusque: nam lignum quod multum habet de aere supnatat aqua: quod terre non congruit.

80. **C** Anaximenes autem et anaxagoras et democritus latitudinem causam esse dicunt manendi ipsam. Non enim diuidere sed superequirare aerem qui de subter: quod videntur fictionem habentia corporum facere. Hoc enim et ad ventos habent difficile mobiliter propter resistentiam. Hoc ipsum utique facere in latitudine terram ad suppositum aerem: non habentem autem quo transferatur locum sufficiens multo eo quod deorsum quiescere: quemadmodum in clepsidris aqua. Quod autem possit multam gravitatem ferre comprehensus et manens aer: argumenta multa dicunt. **Lectio. XXIII.**



Remissis duabus solutionibus. quarum prima assignabat causam quietis ex infinitate eius quod in terra subsidet. secunda vero ex aqua subsidente terre hic ponit tertiam solutionem que assignat a parte aeris subsidentis terre. et primo ponit solutionem. secundo improbat eam ibi. Primum quidem dicit. Dicit ergo primo quod anaximenes et anaxagoras et democritus posuerunt causam quietis terre esse latitudinem eius: ex qua contingit quod terra non diuidit inferiorem aerem sed superequitat ipsum: quod quidem videntur facere corpora artificialiter facta cum aliqua latitudine ad obuiandum aeri siue vento: huiusmodi enim corpora lata non de facili videntur moueri a ventis: propter quod resistunt eis secundum totam ipsorum latitudinem. Et hoc ipsum videtur facere terra propter sui latitudinem per comparisonem ad aerem sub ea existentem. quod ventus non diuidit ipsum: sed resistendo comprimit eum. Et cum aer non habeat locum quo transferat ne sit sub terra propter terre latitudinem sufficiens est quiescere terram propter multitudinem aeris deorsum existentis et compressi: sicut patet de aqua in clepsidris. si enim sit aliquod vas habens in sui summitate paruum foramen obturatum. et in lateribus aliud non obturatum. et subito submergatur in aquam: aer interior conclusus. quia non habet quo diffugiat prohibebit aquam intrare. et similiter aer subsidens terre compressus ab ea: et non potest diffugere non permittit eam descendere. Inducunt autem multa argumenta. id est sensibilia signa ad ostendendum quod aer conclusus quiescens. id est qui non potest ex aliqua parte effugere sustinet magnam gravitatem. et hoc maxime fit evidens ex vtriusque inflatis qui possunt magnam pondus sustinere. **Deinde cum dicit.**

**C** Primum quidem si non lata figura terre est: propter hoc quod non utique quiescet.

**C** Improbat predictam solutionem tribus rationibus. Quarum prima est. quia supponit hec solutio terram esse late figure: quod est falsum ut infra patebit. Unde si figura terre non est lata: sed spherica: sequetur quod non quiescet propter latitudinem sic isti dicebant. **Secundam rationem ponit ibi.**

80. **C** Quamuis mansionis non latitudo causa: ex quibus dicitur: sed magnitudo magis: propter coartationem enim non habens transitum aer manet propter multitudinem. Multum autem est aer propter magnitudinem multam comprehendere

di. Quare hoc quidem existet: et si spherica quidem sit terra: tanta autem secundum magnitudinem: manet enim secundum illorum rationem.

**C** Et dicit quod licet ipsi assignarent latitudinem terre causam quietis eius: tamen secundum ea ex quibus procedunt non videtur causa mansionis terre latitudo: sed magis magnitudo ipsius. dicunt enim quod si aer non haberet quo transiret propter hoc quod coarctatur a terra: manet propter sui multitudinem. et propter hoc sustinet terram. Quod autem multum aer coarctetur a terra: contingit propter hoc quod aer comprehenditur a multa magnitudine terre. Unde videtur quod eadem ratio esset si terra ponatur esse spherice figure. et tante magnitudinis quod possit tantumdem de aere coartare. quia sic etiam manebit. et aer et terra secundum rationem quam assignant. **Tertiam rationem ponit ibi.**

**C** Totaliter autem ad sic dicentes de motu non de parte est dubitatio: sed de toto quodammodo et omnino: a principio enim determinandum: utrum est aliquis corporibus natura motus: aut nullus: natura quidem non est: violentia autem est. Quoniam autem de his determinatum est prius quecumque secundum eas que aderat virtutem habuimus utendum ut existentibus: si enim nullus naturalis motus est ipsorum: neque violentus erit. Si autem non est neque natura neque violentia: totaliter nihil mouebitur. De his enim quia necessarium accidere determinatum est prius.

**C** Et adhuc quia neque quiescere contingit. Si enim quidem motus existit aut violentia: aut natura: sic et quies. Sed adhuc si quidem est motus super naturam: non utique violentia erit latitudo solum neque quies. **Quare si violentia nunc terra manet: et venit ad medium lata propter circin gyrationem. Omnes enim causam hanc dicunt ex his que in liquidis et circa aerem accidentibus. In his enim semper feruntur maiora et grauiora ad medium gyrationis: propter quod utique et terra omnes quotquot celum generant: ad medium venire dicunt.**

**C** Et dicit quod contra eos qui sic loquuntur de motu et quiete corporum naturalium consurgit dubitatio non de parte id est non de particulari corpore: puta terra vel aqua: sed de toto vniuerso et de omni corpore naturali. hoc enim videtur in principio in talibus dubitationibus determinandum utrum corpora habeant aliquem motum naturalem vel nullum: et utrum si non haberent motum naturalem possint habere motum violentum. Et quia de his determinatum est prius. id est in primo libro: oportet ut nunc utamur tanquam existentibus. id est veris omnibus his vix que supra habuimus probata secundum virtutem que tunc aderat nostro ingenio. supra enim ostensum est quod si nullus est motus naturalis corporum: neque etiam erit aliquis motus violentus eorum. quia violentum est quasi excisio quedam eius quod est secundum naturam: ut supra habitum est: si autem non est aliquis motus corporum: neque per naturam: neque per violentiam: sequitur quod totaliter nihil moueatur. Et quod hoc necessarium sit accidere: supra determinatum est. Et ad hoc etiam addendum est secundum prius determinatum quod pari ratione non contingit aliquid quiescere. sicut enim



¶ Probat terram esse sphericam rationibus astrologicis. per ea que apparent secundum sensum: et inducit tres probationes. Quarum prima sumitur ex eclipsi lune et dicitur quod adhuc manifestum est per ea que apparent secundum sensum quod terra sit spherica. Nisi enim terra esset spherica: eclipsis lune non semper haberet circulares decisiones. Videmus enim semper quando luna eclipsatur: obscurum ipsius et lucidum distinguuntur per lineam circulearem. Accidit autem eclipsis lune per hoc quod ipsa subintrat umbram terre. unde apparet umbram terre esse rotundam. Ex quo apparet terram que facit talem umbram: esse sphericam. solum enim corpus sphericum natum est semper facere sphericam umbram: si enim corpus lucidum. scilicet sol sit maius terra: oportet quod faciat terram umbram pyramidalem: cuius conus sit in alto: et basis in ipsa terra: si vero sol esset minor terra: faceret quidem similiter umbram secundum figuram rotunde pyramidis: tamen conus econuerso illius pyramidis esset in terra: basis autem eius in alto. Si vero sol esset equalis terre: faceret umbram cilindricam id est columnarem: quicquid autem horum esset: sequeretur propter hoc quod terra est spherica: quod umbra eius secundum lineam circulearem abscinderet lunam. Possit autem aliquis dicere quod ista circularis abscissio lune non est propter rotunditatem terre sed propter rotunditatem lune. Sed ad hoc excludendum subdit. quod in augmento et decremento lune quod accidit per singulos menses: sectio lune accipit omnes differentias figurarum. nam quandoque diuiditur secundum lineam rectam. sicut quando diuiditur per medium puta cum est. 7. vel. 21. quando autem sit amphiritos: id est vndique secundum circulum. scilicet quando est plena. scilicet cum est. 14. quandoque est concaua. puta cum est prima et a prima usque ad. 7. et a. 21. usque ad defectum. Quod contingit propter diuersam habitudinem eius ad solem. ut supra dictum est: sed in eclipsibus semper linea diuidens ipsam est gibbosa id est circularis: quia igitur luna eclipsatur propter terre interpositionem: rotunditas terre cuius sit spherica: est causa talis figure circa diuisionem lune. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Adhuc autem per astrologum apparentiam non solum manifestum: quia rotunda: sed et magnitudo non existens magna. Modica enim facta translatione nobis ad meridiem et arcticum manifeste alter sit orizon circulus: ita ut que super caput astra magnam habeant transmutationem: et non eadem videantur ad arcticum et meridiem transmutantibus. Quaedam enim in egypto quidem stelle videntur et circa cyprium. In his autem que ad arcticum regionibus non videntur. Et que semper

per in his que ad arcticum apparent astrologum: in illis locis occultantur. Quare non solum ex his palam rotundam esse figuram terre: sed etiam sperare non magne. Non enim utriusque sic velociter palam faceret translatis itaque modicum.

¶ Propter quod existimantes coaptare eius qui circa herculeas columnas locum: ei qui circa indicum: et hoc modo esse mare unum: non valde suspicari incredibilia videri. Sicut autem argumentantes ex elephantibus: quoniam circa utraque loca nouissima existetia generum ipso rum est: velut nouissimis propter conuenire adinuicem hoc passis.

¶ Que sumit ex apparentia stellarum et dicit quod ex diuersitate apparentie stellarum apparet quod terra non solum est rotunda sed etiam parua in comparatione ad corpora celestia: si enim aliquis modicum moueatur versus meridiem vel septentrionem: manifeste diuersificatur nobis orizon. Quod apparet: quantum ad duo. Primo quidem quantum ad polum orizontis qui est punctus celi existens supra summitatem capitis nostri: qui quidem punctus diuersificatur secundum modicam distantiam ut apparet ex stellis fixis. quod in modica distantia diuersae stelle apparent super summitatem capitis. Secundo apparet diuersitas orizontis ex diuersa abscissione celi per orizontes. Et hoc manifestat quod mouentibus se versus septentrionem vel meridiem non videntur eadem stelle. In his enim qui habitant in sphaera obliqua: polus septentrionalis eleuatur supra orizontem ipsorum: et omnes stelle que non distant a polo ultra eleuationem poli supra orizontem: sunt perpetue occultationis. Quia igitur propter diuersitatem orizontis in terris septentrionalibus polus septentrionalis magis eleuatur: et polus oppositus magis deprimitur: contingit quod quedam stelle que sunt propinque polo antarctico: non sunt perpetue occultationis: sed videntur quandoque in terris magis meridionalibus: puta in egypto et circa cyprium: que nunquam videntur in terris magis septentrionalibus. Et econuerso quedam stelle sunt sempiternae apparitionis in regionibus magis septentrionalibus. que tamen in regionibus magis meridionalibus magis occultantur per occasum. Et ex hoc apparet quod terra est figure rotunde precipue per aspectum ad duos polos. Si enim esset superficie plane omnes habitantes in tota terre superficie ad meridiem et septentrionem haberent eundem orizontes. et eadem stelle eis apparerent et occultarentur nullo impedimento facto ex tumorositate. Et simili ratione probatur quod terra sit rotunda versus ortum et occasum: alioquin non prius oriretur astrum quodcumque his qui sunt in oriente quam his qui sunt in occidente. Si enim terra esset figure concaue: sidus oriens prius appareret his qui sunt in occidente: si vero terra haberet planam superficiem. simul appareret omnibus. Manifestum est autem quod sidus oriens: prius apparet his qui sunt in oriente per eclipsim lune: que si appareat in regione magis orientali apparebit circa mediam noctem: in regione magis occidentali apparebit ante mediam noctem secundum quantitates distantie. Ex quo patet quod sol prius oritur et occidit in regione magis orientali. Per hoc autem ut Ari. dicit: apparet quod non sit magna quantitas rotunditatis terre. Si enim esset magne quantitatis: non in tam parua distantia fieret ita cito diuersitas circa apparentiam stellarum. Et ideo non videntur valde incredibilia opinari quod voluit coaptare secundum similitudinem et propinquitate locum in extremo occidentis situm: quod est circa herculeas columnas: quod scilicet hercules statuit in signum sue victoriae in loco qui est circa mare indicum in

na dant abstraxerunt  
da p...  
ca...  
aqua...  
wa...  
sa...  
no...  
par...  
v...  
109.

Co. iii.

Co. iiz.

Co. i.



extremo orientis: et dicunt esse unum mare oceanum quod continet utraq; loca. et similitudinem utroq; locorum conyungunt ex elephantibus qui circa utroq; locus oriuntur: non autem in medijs regionibus: quod quidem est signum convenientie et similitudinis locorum: non autem propinquitatis. Tertiam probationem inducit ibi.

**Lō. iiz.** Et mathematicorum quicumq; magnitudinem ratiocinari attemptant rotunditatis: ad quadraginta dicunt esse miriades stadiorum: ex quibus argumentationibus non solum spericam molem necessarium esse terre: sed et non magnam ad aliorum astrozum magnitudinem.

Que quidem sumitur ex mensura terre et dicit: quicumq; mathematici attemptauerunt ratiocinari de magnitudine rotunditatis terre contingit usq; ad quadraginta miriades stadiorum: id est quadraginta decem milia: quod est quadringentesies milia stadiorum: est autem stadium octava pars miliaris. octava autem pars predicti numeri est quinquaginta milia. scilicet hoc rotunditas terre erit quinquaginta milia miliariorum. Secundum autem diligentiores considerationem modernorum astrologorum est rotunditas terre multo minor: id est vigintimilia miliaria. et quadraginta: ut alfraganus dicit: vel decem et octo miriadum stadiorum: id est centum octoginta milia stadiorum: ut simplicius dicit: quod quasi in idem redit. Nam viginti milia est octava pars centum sexaginta milium. Hoc autem astrologi comprehendere potuerunt considerantes quantum spacium in terra facit diversitatem unius gradus in celo: et iuenerunt quod quinquaginta stadia secundum simplicium: vel quinquaginta sex miliaria et duas tertias miliarum secundum alfraganum. Unde si multiplices hunc numerum per trecentum sexaginta: qui est numerus graduum celi comprehendentes rotunditatem terre esse predictam quantitatis: et sic ex his possumus argumentari quantitatem terre non solum esse spericam: sed etiam non magnam in comparatione ad magnitudines aliorum astrozum nam sole probatur astrologi esse centies septuagesies maiores terra: cum tamen propter distantiam videatur nobis pedalis: dicit autem aliorum astrozum: propter opinionem pitagore qui posuit terram unam de stellis et in hoc terminat sententia secundi libri. **Liber tertius incipit.**

**Lō. i.** **D**E primo quidem igitur celo et partibus adhuc autem de in ipso latis astris: ex quibus constant: et qualia quedam natura sunt: adhuc autem quoniam ingenita et in corruptibilia pertransiuntur primo.

**A**postolus determinavit de corporibus que mouentur motu circulari hic procedit ad determinandum de corporibus que mouentur motu recto: et primo premitit premissum in quo explicat suam intentionem: secundo persequitur propositum ibi. Prius quidem igitur philosophantes etc. Circa primum duo facit: primo continet se ad precedentia ostendens de quibus iam supra dictum sit. Secundo de quibus restat dicendum ibi. Quoniam autem eorum que natura. Dicit ergo primo se in precedentibus transiisse id est breuiter tractasse de primo celo et partibus. scilicet eius. possumus autem per primum celum intelligere totum uniuersum: quod est primum perfectione: et partes eius accipere corpora que mouentur motu circulari et motu recto. ut sic videatur hic tangere ea que in primo libro determinata sunt. Sed huic expositioni videtur obistere quod subdit. Adhuc autem de astris latis in ipso etc. Non autem proprie dicuntur ferri astra in toto uniuerso sed in

celo quod circulariter fertur. Et ideo dicitur melius quod dicitur de primo celo est intelligendum de corpore quod circulariter fertur: sed quod non dicit simpliciter de celo: sed de primo celo: potest hoc referri ad primam speram que est stellarum fixarum: quod autem dicitur et partibus: referri ad dextrum et sinistrum et alias positionis differentias quas in celo esse ostendit. Sed secundum hoc non esset sufficiens commemoratio: nec eorum que dicta sunt in toto primo libro: nec etiam eorum omnium que dicta sunt in 2<sup>o</sup>. in quo habitum est etiam de speris planetarum. Et ideo melius videtur dicendum quod primum celum intelligitur hic totum corpus quod circulariter fertur. Quod quidem dicitur primum in comparatione ad corpora inferiora: respectu quorum est primum et ordine situs: et perpetuitate durationis: et virtute causalitatis. Quod autem subdit: et partibus. referendum est ad diuersas speras. que sunt partes totius corporis celestis: dictum est de stellis que mouentur in toto celo et quantum ad stellas fixas: et quantum ad planetas: de quibus dictum est ex quibus constant. Omnis est. n. quod sunt de natura celestis corporis. dictum est etiam qualia sint secundum naturam: quod sunt animata et sperica. dictum est etiam quod non sunt subiecta generationi et corruptioni. Et si quidem in primo libro determinavit de toto uniuerso sicut supra diximus secundum opinionem alexandri: sic recapitulatio se extendit solum ad secundum librum. Si vero etiam in primo libro intendit determinare de celo principaliter ut simplicius dicit. sic recapitulatio se extendit et ad primum librum. **Deinde cum dicit**

**Quoniam autem eorum que natura dicuntur: hec quidem sunt substantie: hec autem operationes et passionibus horum. Dico autem substantias quidem simplicia corpora: pura ignis terra et coelementata his et quecumque ex his: pura totum celum et partes eius et iterum animalia et plantas et partes horum. Passiones autem et operationes motus horum uniuscuiusque et aliorum quorumcumque sunt causa ista elementa secundum virtutem ipsorum. Adhuc autem alterationes et in inuicem transmutationes manifestus: quia de natura historie plurimas accidit de corporibus esse. Omnes enim naturales substantie aut corpora aut cum corporibus generantur et magnitudinibus: hoc autem palam ex eo quod determinatum est que sunt natura: et ex ea que per singula contemplatione.**

**Quod dicit de quibus restat dicendum et primo manifestat in quo consistat tota consideratio naturalis philosophie. Secundo ex hoc concludit quid post premissa restat dicendum ibi. De primo quidem etc. Circa primum videtur tali ratione. Omnes naturales sunt corpora: sed tota consideratio naturalis est de substantiis naturalibus et earum accidentibus. ergo tota consideratio scientie naturalis est circa corpora: primo igitur premitit minores dicens quod eorum que dicuntur esse secundum naturam: quedam sunt substantie naturales: quedam autem sunt operationes et passiones substantiarum naturalium. Et ad hoc manifestandum primo exponit que sunt substantie naturales: inter quas primo enumerat corpora simplicia: et iterum ea primo explicat de igne et terra et de alijs que sunt simplicia elementa corporum cum eis: sicut sunt aer et aqua: et ad horum naturam pertinet corpora mixta que ex eis componuntur sicut lapides et metalla. Deinde explicat de alio corpore simplici preter elementa: quod est totum celum et partes eius. ultimo autem ponit corpora mixta aiata sicut animalia et plantas et partes. Deinde manifestat que sunt operationes harum substantiarum et dicit: quod per quod sunt motus locales uniuscuiusque horum corporum: et et aliorum quorum ista corpora se**

que sunt consideratio naturalis philosophie



causa: vel materialis: sicut elementa: vel effectiva sicut ce-  
lum. et tamen tantis corporibus congruit motus secundum  
virtutem corporum simplicium de quibus causantur. De-  
inde operationes et passiones predictarum substantiarum  
dicit esse alterationes et transmutationes earum inuicem  
que sunt secundum generationem et corruptionem. 2<sup>o</sup> infert  
conclusionem et dicit ex premisis manifestum esse secundum plu-  
rimam historiam id est narrationem naturalis: esse circa corpora.  
per hoc autem quod dicit plurimam intelligit omnem: scilicet utitur hoc  
modo loquendi propter philosophicum temperamentum. vel dicit  
plurimam propter hoc quod in scientia naturali aliquid etiam tra-  
ditur de primo motore et de anima intellectiva. 3<sup>o</sup> ponit ma-  
iores. scilicet quod omnes substantie naturales aut sunt corpora aut ge-  
nerantur cum corporibus. et magnitudinibus sicut sunt for-  
me naturales que dicuntur substantie. Et hoc quidem dicit  
esse manifestum dupliciter. primo per hoc quod determina-  
tum est: que sunt secundum naturam paulo ante: que omnia vel  
sunt corpora vel cum corporibus. ut determinatum est in 2<sup>o</sup>  
physicorum: quod secundum naturam sunt ea que habent in  
seipsis principium motus et quietis: huiusmodi autem sunt so-  
la corpora. quia nihil mouetur nisi corpus. 2<sup>o</sup> dicit hoc esse  
manifestum per inductionem considerando per singula ea que  
in scientia naturali traduntur. Inuenimus. n. omnia esse  
corpora vel cum corporibus. Et est aduertendum quod hec ea-  
dem supra in primo libro premisit. **¶** Deinde cum dicit.

**¶** De primo quidem igitur elementorum di-  
ctum est: et quale quid secundum naturam: et  
quoniam incorruptibile et ingenitum. Reli-  
quorum autem de duobus dicere.

**¶** Ostendit quid post dicta restet dicendum. et primo quod  
quo ad substantias: dicens dictum esse de primo corpore  
inter elementa: id est de celo: quod vocat elementum se-  
cundum alexandrum: quia est pars mundi. secundum au-  
tem simplicium quia est corpus simplex de quo dictum  
est: quale sit secundum naturam. quia est animatum et spe-  
ricum. et quia etiam est incorruptibile et ingenitum. unde  
reliquum est dicere de alijs duobus corporibus. Osten-  
sum est enim in primo libro esse tria corpora: unum. scilicet quod  
mouetur circa medium de quo iam dictum est: aliud quod  
mouetur a medio. et tertium quod mouetur ad medium:  
de quibus duobus restat dicendum. nam de terra supra  
dictum est: non quantum ad suam naturam: sed quantum ad ha-  
bitudinem quam habet ad celum. **¶** Secundo ibi.

**¶** Simul autem accidet de his dicentibus. et  
de generatione et corruptione inquirere. **¶** De-  
generatio enim aut quod preter omne non est: aut so-  
lus in his elementis: et his que ex his est. Ipsa  
autem primum hoc forte primo considerandum:  
vtrum est: aut non est.

**¶** Ostendit quid restet dicendum quantum ad operationes et  
passiones: et dicit quod simul cum his duobus restat inquirere  
de generatione et corruptione: quia talis generatio aut  
nihil est: sed est remota a natura totius vniuersi: aut solum  
inuenitur in his elementis que mouentur motu recto: et  
in corporibus que ex eis componuntur: hec autem consi-  
deratio locum non habebat dum adhuc de rebus incor-  
ruptilibus ageretur: oportet autem hanc consideratio-  
nem non pretermittere: quia multum valet ad considera-  
dam naturas corporum.



**¶** Primus quidem igitur philosophan-  
tes de veritate et ad quos dicimus  
nos nunc sermones: et adiuuantes di-  
uersificati sunt. **Lectio. II.**



**¶** Remisso probemio in quo ostendit quid restet  
considerandum circa scientiam naturalem hic  
incipit prosequi ea que dicta sunt et primo in-  
quirendo de opinionibus philosophorum circa pre-  
dicta: secundo determinando veritatem in  
quarto libro ibi. De graui autem et leui etc. Circa primum  
duo facit. Primo inquit de generatione et motu corporum  
naturalium an sit. Secundo quorum et propter quid sit ibi.  
Quod autem neque omnium est generatio etc. Circa primum  
duo facit. Primo inquit secundum opiniones antiquo-  
rum philosophorum an sit generatio. Secundo inquit an motus  
localis sit naturalis corporibus naturalibus ibi. Quod au-  
tem necessarium existere motum etc. Circa primum duo fa-  
cit. Primo enumerat opiniones antiquorum circa genera-  
tionem. Secundo inquit de veritate earum: ibi. De alijs  
quod igitur alter sit sermo. Circa primum tria facit. Primo  
ponit diuersitatem philosophorum circa generationem. 2<sup>o</sup> ponit  
opinionem negantium generationem ibi. Hi quidem cau-  
sam ipsorum etc. 3<sup>o</sup> ponit opiniones attribuentium genera-  
tionem corporibus ibi. Alterius quidem igitur etc. Dicit  
ergo primo quod illi qui prius philosophati sunt de veri-  
tate. scilicet speculatiua: quod dicit ad differentiam eorum qui  
philosophati sunt circa moralia et circa politica: diuersifi-  
cati sunt in suis opinionibus: et contra se inuicem: et contra ea  
que nunc dicuntur de generatione. **¶** Deinde cum dicit.

**¶** Hi quidem. n. ipsorum totaliter aufererent  
generationem et corruptionem. Nihil. n. neque  
fieri aiunt: neque corrumpi entium: sed solum vi-  
deri nobis: puta qui circa mellissum et parme-  
nidem: quos et si aliqua dicunt bene: sed non phy-  
sice oportet putare dicere: esse enim quedam  
entium ingenita et totaliter imobilia magis est  
alterius et prioris quam physice considerationis.  
Illi autem propter nihil quidem aliud preter  
sensibilem substantiam suspicari esse. Thales  
autem quasdam intelligere primi naturas: si  
quidem erit aliqua cognitio aut scientia: sic tra-  
stulerunt ad hoc per eas que inde rationes.

**¶** Ponit opiniones auferentium generationem et corrup-  
tionem a rebus: dicit. n. quod nihil entium sit aut corrumpi scilicet so-  
lum videtur nobis aliquid generari: aut corrumpi. Sed ista fuit  
opinio sequentium melissum et parmenidem. quos quantum ad ali-  
quid laudat ad hoc quod ipsi primi intellexerunt quod omnia esse aliquid na-  
turas ingenitas: et incorruptibiles: et imobiles. Quod quidem hac  
ratione moti ponebant: quia cum de his que subiungunt generationi et  
corruptioni non possit esse certa cognitio. aut scientia: omnia esse ali-  
quid nature ingenitas et incorruptibiles. Si. n. de his que cadunt  
sub generatione et corruptione sit aliquid scientia: hoc non est nisi  
quantum in eis est aliquid ingenitum et incorruptibile scilicet participatio  
nem illarum naturarum que sunt ingenite. et incorruptibiles  
Cognoscuntur. n. secundum suas formas: forma autem est quoddam  
ordinum in rebus in quantum est quoddam participatio primi actus. Re-  
probavit autem eos Aristoteles in hoc quod nihil opinabatur esse preter sen-  
sibilia. et tamen intellegebant quod oportet esse quoddam substantias ingen-  
tas et incorruptibiles: et transtulerunt ea que pertinent ad rationes super-  
naturalium substantiarum ad hec sensibilia: dicentes hec sen-  
sibilia esse ingenita et incorruptibilia secundum veritatem: gene-  
rari autem et corrumpi secundum opinionem. Manifestum est autem quod si  
sunt quoddam entia ingenita: et incorruptibilia: et omnino imobi-  
lia: eorum consideratio non pertinet ad naturalem philosophiam que tota versa  
tur circa mobilia: scilicet magis pertinet ad alias priores philosophias:  
est metaphisica. et ideo parmenides et melissus: licet quod

Lo. 3.

8. 3.

Lo. 4.



tum ad aliquid bene dicerent: ponentes q̄ oporteret esse aliquid ingenitū. & imobile: nō tñ q̄tuz ad hoc bene dicebant q̄ de rebus naturalib⁹ nō naturaliter loq̄bant: attribuentes ea que sunt substantiāz imobilium substantiis naturalib⁹: que sūt substantie sensibiles. Dicit aut̄ simplicius in sc̄do cōmēto: q̄ Aris. more suo rephēdit parmenidē. & melissum: s̄m ea que exterius ex eorum verbis apparebant. ne aliqui superficialiter intelligentes deciperent: s̄m autē rei veritatem intentio horū phoz erat q̄ ipsuz ens: quod .s. est per essentiā suā est ingenitū & incorruptibile & oīno imobile. Quod aut̄ dicebant generationē in rebus esse secundū opinionē: & nō secundū veritatem: hoc ideo dicebāt q̄ opinabātur q̄ sensibilia: in quibus iuenitur generatio & corruptio non sunt vera entia: sed soluz secundū opinionem. ¶ Deinde cum dicit

lō. 3. ¶ Alteri autem quidam velut studiose factaz contrariam his habebant opinionem: sunt. n. quidam qui aiunt nullam ingenitam esse rerū: sed omnia generari. Genita autem hec quidez incorruptibilia p̄manere: hoc aut̄ itez corrupi. Maxime autem qui circa hesiodum.

¶ Ponit opinionē attribuētū generationē corporib⁹: & ponit tres opinōes. & dicit: q̄ quidā alij habebāt cōtrariā opinionē predictis ac si studiose intenderent eis cōtradice. Quidā. n. dicūt q̄ nulla res est ingenita: s̄ oīa generantur. Eoz tñ que generantur: quedā permanēt incorruptibilia. quedā aut̄ corrūpūt: & hoc maxime dixerunt sectatores hesiodi: qui fuit vnus de theologis poetis qui diuina sub tegumētis quarūdam fabularū tradiderunt. vnde hesiodus dicitur posuisse etiā chaos: ex quo oīa generantur: esse generatū: oē aut̄ generatum ab aliquo generante generat. vnde dabāt intelligere sup̄ oīa ista esse quādam causaz primā super intellectum & nominationē a qua oīa processerunt. Et huiusmodi p̄cessuz a primo principio generationem vocabāt. ¶ Sc̄daz opinionē ponit ibi.

¶ Deinde & aliorūz primū phisilogizantes: hi quidem omnia alia aiunt generari & fluere: esse autem fixe nihil: vnum quoddam solū subsistere: ex quo hec omnia trāsformari nata sūt: quod quidem videntur dicere velle alij multi & eraclitus ephesius.

¶ Et dicit q̄ post predictos poetas inter alios primitus de natura tractauerunt quidā qui dixerūt q̄ oīa alia generant & sunt in continuo fluxu ita q̄ nihil in eis est fixuz & permanens p̄ter vnuz materiale. .s. principiū quod subsistit oībus que fiunt & corrūpūt. Et hoc idē dixerūt multi alij phi: sicut Thales qui posuit hoc p̄ncipiū esse aquā. anaximenes aut̄ aerem. anaximāder aut̄ inter vtrūq̄. .s. vaporem. eraclitus aut̄ ephesius ignez: de quo specialiter mentionē facit: q̄ ipse magis assererat oīa esse in continuo fluxu. ¶ Tertiam opinionem ponit ibi.

¶ Sunt autem quidam qui & omne corpus generabile faciunt componentes & resoluentes ad superficies & ex superficialibus.

¶ Et dicit q̄ quidam posuerūt q̄ omnia corpora componuntur ex superficialibus. & iterum resoluntur in superficies. Et hec fuit opinio platonis.

lō. 4. ¶ De alijs quidez igitur alter sit sermo. ¶ Bicentibus autem in hoc modo & omnia corpora constituentibus ex superficialibus quecunq̄ q̄ dez alia accidit dicere p̄traria disciplinis prom

ptum videre. Et quidem iustum aut non mouere aut credibilioribus ipsa: rationibus mouere q̄ suspensiones.

Lectio. III.



Remissis opinōibus de generatiōe rerū: hic inquit de veritate dictaz opinionū & p̄termissis alijs opinōib⁹: d̄ quib⁹ i alijs locis inquit sp̄aliter inquisitionē facit de vltima opinione q̄ est platonis. Tum q̄ erat famosoz. Tum etiam quia ordine inquisitionis erat prior. Nā alie opinionēs ponebant vel auferebant specialium corporū generationem. hec aut̄ opinio videbāt tradere generationē inq̄tuz est corpus ponēdo corpus ex superficialibus generari. Circa hoc autē duo facit. primo improbat hanc opinionem. & ostendit eisdem rationibus improbari posse opinionē p̄thagoricoz ponētū corpora generari ex numeris ibi. Idē aut̄ accidit rē. Circa primū duo facit: p̄mo improbat predictā opinionēz rationib⁹ mathematicis. sc̄do rationibus naturalibus ibi. Quecunq̄ autem de naturalibus rē. Circa primum ponit duas rationes. Circa quarūz primā dicit q̄ de alijs predictarū opinionum debet fieri alius sermo partim quidem in primo phycoz. partim autem in libro de generatione: partim autē inferius in hoc eodez libro. Sed q̄tuz ad illos qui ponūt oīa corpora ex superficialib⁹ p̄stitui in promptu est videre. q̄ accidit eis dicere multa p̄traria disciplinis. .i. scientiis mathematicis q̄ supponūt p̄dictum esse indiuisibile & ita ex p̄ctis nō fit linea. que est diuisibilis: supponūt. n. lineā esse longitudinē sine latitudine. & ita ex lineis nō fit superficies q̄ habet longitudinem cū latitudine sine p̄funditate. & ita ex superficialibus nō fit corpus: quod cum longitudine & latitudine habet profunditatē. nō est autem rectum q̄ aliquis remoueat huiusmodi suppositiōes mathematicas nisi aliquis afferat probabiliores rationes. q̄ sint iste suppositiōes. Et ideo videtur q̄ predicta platonis positio esset improbanda que absq̄ ratione congente huiusmodi suppositiōnes remouit. ¶ Sc̄dam ponit ibi.

¶ Deinde palam quia eiusdez rationis est: solida quidem ex superficialibus componi. Superficies autem ex lineis: has autēz ex punctis: sic autem habentibus non necesse lineę partem lineam esse. De his autem consideratuz est prius in his qui de motu sermonibus: quia nō sūt indiuisibiles longitudines.

¶ Dicit eiusdem rationis esse q̄ solida idest corpora componantur ex superficialibus: & q̄ superficies ex lineis & linea ex punctis: q̄ sicut p̄ctus est termin⁹ & diuisio lineę: ita linea superficiali. & superficies corporis: si aut̄ sic se h̄z sicut plato posuit: q̄ corpora componantur ex lineis & linea ex punctis: & ita nō erit necesse q̄ p̄s lineę sit linea: & de h̄o dicit eē prius cōsideratū in sermōib⁹ de motu. .i. in sexto phycoz. vbi probatū est q̄ lineę nō sunt indiuisibiles. neq̄ ex indiuisibilibus compositę: inuenitur aut̄ quidam alius libellus in quo probatur q̄ nō sunt lineę indiuisibiles. quem quidē dicunt esse theophrasti. ¶ Deinde cum dicit.



¶ Quecunq̄ autēz de naturalibus corporibus impossibilia accidit dicere: facientib⁹ indiuisibiles lineas ad modicū consideremus & nunc. Impossibilia. n. in illis accidentia & naturalibus cōsequuntur. Que autem in his: in illis non omnia propter hoc quidem ex ablatione dici mathematica: p̄physica autem ex appositione.



**I**mprobat predictam positionem per rationes naturales. Et primo assignat rationem quare necesse sit huiusmodi rationes inducere non solum mathematicas sed etiam naturales: secundo exequitur propositum ibi. Multa autem sunt etc. Dicit ergo primo quod quia dictum est quod impossibile sequatur secundum mathematicas consideraciones ad id quod aliqui ponunt esse lineas indiuisibiles: ex quibus componitur superficies: et per consequens corpora: oportet quod etiam nunc consideremus breuiter impossibilia que sequuntur ad hanc opinionem circa naturalia corpora: et hoc necessarium est: quia quecumque impossibilia accidunt circa mathematicalia corpora: necesse est quod consequantur ad corpora naturalia. Et hoc ideo: quia mathematica dicuntur per abstractionem a naturalibus: naturalia autem se habent per appositionem ad mathematica. Superaddunt enim mathematicis naturam sensibilem, et motum: a quibus mathematicalia abstrahuntur. et sic patet quod ea que sunt de ratione mathematicalius saluantur in naturalibus. et non e conuerso. Et ideo quecumque inconuenientia sunt contra mathematica: sunt etiam contra naturalia: sed non conuertuntur. **¶** Deinde cum dicit.

**Co. 7.** **A**ltra autem sunt que indiuisibilibus non possibile existere: naturalibus autem necessarium: puta siquid est indiuisibile. In indiuisibili enim diuisibile impossibile est existere: passiones autem diuisibiles omnes dupliciter: aut enim secundum speciem: aut secundum accidens: secundum speciem quidem: puta coloris albus aut nigrus: secundum accidens autem: si cui existat sit diuisibile. Quare quecumque simplicia passionum omnia sunt diuisibilia hoc modo: propter quod impossibile in talibus considerandum.

**¶** Ostendit que impossibilia ex predicta positione sequantur circa corpora naturalia. et primo ponit quendam rationem generalem: secundo explicat eam per partes ibi. Si itaque impossibile est etc. Dicit ergo quod multa sunt que non possunt inesse indiuisibilibus. que tamen necesse est inesse naturalibus corporibus. Possunt autem indiuisibilia hic accipere mathematica: eo quod per abstractionem dicantur. et sic hoc quod hic dicitur inducitur ad manifestandum quod immediate dictum est. scilicet quod naturalia se habent per additionem ad mathematica. quia ultra necesse est inesse naturalibus: que non possunt inesse mathematicis. sicut omnes passiones que sunt diuisibiles. Sed melius est ut indiuisibilia accipiamus sicut superficies respectu corporum. et lineas respectu superficierum: et puncta respectu linearum que etiam indiuisibilia sunt simpliciter. Dicit ergo quod multa necesse est inesse corporibus naturalibus que non possunt inesse rebus indiuisibilibus: puta si aliquid est indiuisibile ut punctum. vel linea vel superficies. puta si quid est diuisibile ex necessitate inest corpori naturali non autem rebus indiuisibilibus. Diuisibile enim non potest inesse rei indiuisibili omnino: quia id quod inest alicui: quodammodo comprehenditur ab ipso: diuisibile autem non potest comprehendere ab indiuisibili secundum quantitatem: omnes autem passiones dupliciter diuiduntur vel secundum speciem vel secundum accidens. Quod non est sic intelligendum quasi quilibet passio utroque modo diuidatur: sed quia quilibet passio vel uno vel altero modo diuiditur. Exponit autem utrumque modum diuisionis. et dicit quod secundum speciem diuiditur passio sicut species coloris sunt albus et nigrus. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Uno modo quod hoc commune colorum diuidatur per album et nigrum

sicut per suas species: hoc non facit ad propositum. quia nihil prohibet de aliquo indiuisibili predicari aliquid quod est commune ad multa. Unde oportet intelligere quod passio diuisibilis secundum speciem intelligatur sicut color medius qui componitur ex duabus speciebus coloris: que sunt album et nigrum. Talem autem passionem non videtur possibile inesse rei ut simpliciter. Quia cum passiones proprie causentur a subiecto: necesse est quod passionis compositae sint diuersa principia: quod repugnat simplicitati subiecti. Exponit autem consequenter de diuisibili secundum accidens. et dicit quod passio dicitur secundum accidens diuisibilis si subiectum cui accidit sit diuisibile: sicut diuiditur albedo per diuisionem subiecti. unde omnes passiones que sunt simplices secundum speciem: inueniuntur diuisibiles hoc modo. scilicet secundum subiectum: in quantum. scilicet in sunt corpori naturali. Et ideo circa tales passiones que uno vel altero modo sunt diuisibiles: est considerandum: quod impossibile sequatur dicentibus lineas indiuisibiles vel superficies ex quibus componuntur corpora naturalia ex talibus que non sunt susceptiua passionum corporum naturalium.

**¶** Deinde cum dicit.

**¶** Si itaque impossibile est utroque nullam habente grauitatem ambo habere grauitatem: sensibilia autem corpora omnia: aut que grauitatem habent: puta terra et aqua: ut et utique ipsi dicent. Si quidem punctum nullam habet grauitatem: palam quia neque linea. Si autem non habet: neque superficies: quare neque corporum nullum.

**¶** Ponit speciales rationes ad probandum positionem predictam. Circa quarum primam duo facit. primo proponit rationes. secundo probat ea que supposuerat ibi. Sed et quod punctum etc. Dicit ergo primo: impossibile esse si utrumque eorum ex quibus aliquid componitur nullam habeat grauitatem. et quod compositum habeat ex ambabus grauitatem. sed corpora sensibilia habent grauitatem aut omnia sicut dicebat democritus: aut quedam scilicet terra et aqua sicut ipsi met platonicus dicebant: ergo corpus sensibile non potest componi ex rebus non habentibus grauitatem. Componitur autem ex eis secundum predictam positionem. Si enim punctum non potest habere grauitatem: ergo nec linea que ex punctis componitur. Et si linea non potest habere grauitatem: per consequens nec superficies que componitur ex lineis. et ulterius neque corpus quod componitur ex superficiebus. Quod est contra predicta. Est autem considerandum quod ista ratio tenet in partibus quantitatis. que sunt eiusdem nature et rationis adinuicem. et cum toto. non autem tenet in partibus essentialibus quorum alia ratio est adinuicem et a toto. unde non sequitur si materia non est grauis nec forma quod aliquid ex eis compositum non sit aliquid graue actu. **¶** Deinde cum dicit.

**¶** Sed et quod punctum non possibile grauitatem habere manifestum: graue enim omne et grauius et leue leuius contingit aliquo esse. Grauius autem aut leuius: forte non necesse graue aut leue esse. Quoadmodum enim magnum maius: maius non semper magnum. Altra enim sunt que parua entia simpliciter: tamen maiora alijs sunt: si itaque quodcumque graue ens grauius sit: necesse se grauitate maius esse: et graue omne diuisibile utique erit: punctum autem indiuisibile supponitur.



¶ Probat que supposuerat in ratione premissa. et primo probat quod punctum non sit graue. secundo quod ex non grauibus non potest componi aliquid graue ibi. Adhuc neque ex non habentibus et. primum autem probat tribus rationibus. Quarum prima talis est. Omne graue potest esse aliquo modo grauius. et omne leue contingit aliquo modo esse leuius: sed tamen non est necesse omne quod est grauius aut leuius esse graue aut leue. Uideatur autem quod hic dicitur esse falsum: nam comparatiuum supponit positiuum. omne autem albius est albius. Dicunt ergo quodammodo comparatiuum si proprie accipiat presupponit positiuum: et infert ipsius: sed quoniam comparatio est abusiuus: puta cum aliquid comparatiue dicitur respectu oppositi: sicut si dicatur cignus albius coruo: vel etiam si dicatur comparatiue propter hoc quod minus participat de opposito: puta si dicatur alius ethiops esse albius coruo: quod est minus niger. Et sicut dicitur aliquid minus malum esse eligibilius magis malo: cum tamen malum non sit eligibile: nec ethiops sit albus. Et per hunc modum hic plus dicit quod non omne grauius est graue: nec omne leuius est leue: unde ad assignandam abusiuam comparationem addit forte: sed quod non est consuetudo Aristotelis. ut ex abusiuis locutionibus arguere: ideo dicitur est quod quodammodo sunt que dicuntur absolute: sicut albius vel dulce: et in talibus comparatiuis presupponit positiuum: et infert ipsum: quodammodo autem sunt que quoniam dicuntur absolute: quoniam autem relatiue: sicut graue et leue. Nam ut in quarto dicitur: ignis dicitur absolute leuis: terra autem absolute grauis: aer autem ad ignem quidem grauis: ad aquam autem et terram leuis: sic et aqua ad terram quidem est leuis: ad ignem autem et ad aerem grauis. Manifestum est autem quod id quod est absolute graue: est etiam graue per comparationem ad alia: et per hunc modum omne graue est grauius: et omne leue est leuius: non tamen sequitur quod omne leuius est leue: aut omne grauius sit graue. quod non sequitur: quod si est leue ad alia: quod sit leue absolute. Et eadem ratio est de graui. Et quod hec sit ratio dicti patet in exemplo quod ponit. Magnus. n. coiter acceptum dicitur ad aliquid ut patet in predicamentis: sed oppositum rei alicui dicitur absolute magnus quod pertingit ad quantitatem debitam illi rei sicut homo dicitur magnus absolute qui attingit ad perfectam hominis quantitatem. Et ita patet quod magnus dicitur absolute et ad aliquid. Et inde est quod omne magnus absolute dicitur magnus ad aliquid quod est esse maius: non autem omne maius est magnus absolute: multa. n. sunt que absolute considerata sunt parua: que tamen alijs sunt maiora. Si igitur omne graue est grauius quodammodo alio: necesse est quod omne graue sit maius alio quodammodo in grauitate. et ita sequitur quod sit diuisibile: nam omne maius diuiditur in equale et plus. sed punctum est indiuisibile: ut supponitur ex eius definitione. ergo punctum non est graue. ¶ Secunda rationem ponit ibi.

¶ Adhuc si graue quidem spissum: leue autem rarum. Est autem spissum a raro differens eo quod in equali mole plura existat. Si igitur est plus graue: et leue est: et si densum et rarum. Sed quod quidem spissum et diuisibile: punctum autem indiuisibile.

¶ Que talis est. Si graue et leue consequuntur ad rarum et spissum. videmus. n. quod secundum differentiam raritatis et densitatis elementa differunt in grauitate et leuitate sed spissum differt in hoc a raro quod in equali mole: id est sub eisdem dimensionibus plura continet: quod plus habet de materia ut in quanto physicorum. habetur. Cum autem corpora quedam sint graua: quedam leuia cum punctum ponitur graue aut leue pari ratione ponitur et densum et rarum: sed illud quod ponitur spissum oportet esse diuisibile in quantum plura continet sub minori mole similiter id quod est rarum oportet: quod sit diuisibile in quantum equale continet sub maiori mole. punctum autem est indiuisibile: neque ergo est spissum neque ra-

rum. et per consequens neque graue neque leue. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Si autem omne graue molle aut durum necesse est esse: facile ex his impossibile aliquid deducere. Adhuc quidem enim quod in seipso cedit. Quod autem cedens diuisibile.

¶ Que talis est. Omne graue aut est molle aut durum. Cuius ratio est: quia grauitas consequitur duo elementa scilicet terram et aquam: quorum unum scilicet aqua cedit tangenti: et ideo est principium mollitiei. alterum autem scilicet terra non cedit: ideo est principium duricie.

Manifestum est autem quod omne molle est diuisibile: quod cedit tangenti contra seipsum: quod non posset esse nisi haberet plures partes: quarum una quodammodo resurgeret in locum alterius. Et eadem ratione oportet durum esse diuisibile: non enim posset dici cedens nisi haberet quod cederet. Cum igitur punctum sit indiuisibile: non erit durum neque molle. et ita non erit graue. ¶ Deinde cum dicitur.

¶ Sed adhuc neque ex non habentibus grauitatem erit grauitas. In quantis enim accidet hoc: et in quantis non: quomodo determinabunt non volentes fingere.

¶ Ostendit quod nullum graue potest componi ex duobus vel pluribus quorum nullum est graue. Sed hoc est intelligendum de compositione qua aliquid componitur ex partibus constitutiuus: nam unde ex partibus essentialibus componitur aliquid graue puta ex materia et forma: quorum neutrum est graue. Ad hoc autem ostendendum inducit duas rationes. Quarum prima est que procedit secundum quorundam opinionem: qui dicebant quod ex aliquibus non grauibus quandoque multiplicabatur et componebatur aliquid graue: quando autem erant in minori numero non constituebatur ex eis aliquid graue. Oportet igitur quod determinent quot existentibus constituebatur grauitas: alioquin quod dicitur sine certa ratione videtur esse fictitium. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Et si omnis grauitas maior grauitate grauitati accidet: et unumquodque impartibili grauitatem habere. si. n. quatuor puncta grauitatem habent. Quod autem ex pluribus fuerit: eodem grauius grauius. Quod autem grauius grauius: necesse graue esse: quemadmodum albo albo albius album. Quare maius uno puncto grauius erit ablato equali: quare et unum punctum grauitatem habebit.

¶ Que talis est. omnis grauitas maior alia grauitate excedit minorem grauitatem per aliquam grauitatem: quod per additionem similium fit aliquid maius: et ex hoc sequitur secundum positionem predictam quod quodlibet indiuisibile habeat grauitatem. Ponamus enim quod sit aliquid corpus ex quatuor punctis constitutum grauitatem habens: sit aliud corpus constitutum ex pluribus punctis puta ex quinque vel sex. et sic erit grauius ita scilicet quod oportebit id in quo excedit: esse graue. et quauis non omne grauius sit graue. ut supra dictum est: tamen omne quod est grauius graui: oportet esse graue: sicut omne quod est albius albo: oportet esse album. Et ideo cum illud quod est maius in uno puncto sit grauius corpore quod est sibi equale: si auferatur ab eo unum punctum: sequetur quod unum punctum sit graue: quod est impossibile: ut ex premissis patet. Ergo relinquitur impossibile quod ex non grauibus fiat aliquid graue.

Co.ii.

Co.iz.

Co.8.

Co.10.

Co.9.



13. **C** Adhuc siquidem superficies solum secundum lineas contingit componi inconueniens: quemadmodum. n. et linea ad lineam utroque modo componitur: et secundum longitudines et secundum latitudines: oportet et superficiem superficiem eodem modo. Linea autem potest lineam componi secundum lineas suppositam non solum appositam: Sed et siquidem et secundum latitudinem contingit componi: erit aliquod corpus: quod necque elementum necque ex elementis compositum ex sic compositis superficialibus. **Sec. III.**



Remissa prima ratione quam Aristoteles posuit ad improbandum oppositionem platonis ponentis corpora ex superficialibus generari. hic ponit secundam rationem. Ad cuius euidetiam sciendum est quod plato quod non distinguebat inter unum quod est principium numeri. et unum quod conuertitur cum ente: quod significat substantiam rei: ponebat per consequens quod unum: quod est principium numeri esset substantia rei: et per consequens omnes res ponebat esse numeros. Unde et dimensiones quantitatis continue dicebat esse quosdam numeros positiones habentes: et sic secundum ipsas punctus est unitas positionem habens: et sic de alijs. Et quod dualitates attribuebat materię: unitatem autem forme: estimabat quod forme omnium corporum essent accipiendo secundum rationes figurarum. secundum quod corpora terminantur. Ultimi autem termini dimensionum sunt puncta que sunt unitates posite ut dictum est. et ideo diuersas figuras corporeas diuersis corporibus attribuebat: videlicet figuram pyramidalem igni. figuram autem sex basium terre: figuram autem octo basium aeri: figuram autem x. basium aque: figuram autem. i. basium etheri. s. celo. Manifestum est autem figuras corporeas ex superficialibus constitui in quantum adinuicem coniunguntur secundum tactum linearem. Sic. n. faciunt angulum corporealem. Et ideo formalem compositionem corporum distribuens plato dicebat quod corpora componuntur ex superficialibus secundum lineam coniunctis. Contra hoc obicit Aristoteles. dicens: inconueniens esse superficies componi sine coniungi ad instituendum corpus solum secundum linearem contactum. Et hoc manifestat per exemplum: linea enim duobus modis potest alteri lineae coniungi. Uno modo secundum longitudinem: quod est secundum punctuale contactum in quantum. s. longitudini unius lineae coniungitur in puncto longitudo alterius lineae: siue faciat angulum cum ea siue non. Alio modo secundum latitudinem: quod est secundum appositionem totius lineae ad totam lineam in via latitudinum. Et similiter oportet quod superficies componatur superficiali dupliciter. s. secundum profunditatem. puta si tota una superficies supponatur alteri superficiali: et secundum linearem contactum: siue constituat angulum corporealem siue non. Et ad exponendum quod dixerat subdit: quod linea potest componi lineae secundum hoc quod supponatur alteri: et non solum secundum hoc quod apponatur ei secundum tactum linearem compositae faciunt omnia elementa sequetur quod si ponatur secundum latitudinem. et supponendo superficies superficiali: id quod componitur ex superficialibus sic compositis erit corpus quod nec est elementum nec ex elementis. Quod autem non sit elementum patet. quod omnia elementa constituantur secundum alium modum coniunctionis superficialium. Quod autem non sit ex elementis patet: quod ista compositio superficialium que est secundum suppositionem videtur constituere ipsam profunditatem corporis que est eius substantia. Alia vero compositio superficialium constituit corpus secundum figuram que est forma adueniens substantie corpo-

rali. unde compositio superioris erit prior: et id quod est constitutum ex tali modo compositionis videtur comparari ad id quod est constitutum secundum alium modum compositionis sicut materia ad formam. Ex superficialibus autem secundum opinionem platonis natum est componi corpus: sequitur igitur quod id quod precedit omnia elementa sicut elementorum materia suscipiens omnes figuras seu formas eorum: sit corpus. Et hoc reputabat plato inconueniens: non. n. primam materiam dicebat esse corpus sicut quidam antiqui naturales dixerunt. **C** Deinde cum dicit.

**C** Adhuc siquidem multitudine grauiora corpora superficialium quemadmodum in Timeo determinatum est: palam quod habebit et linea et punctum grauitatem: proportionaliter. n. adinuicem habent: quemadmodum et prius diximus. Si autem non hoc differunt modo: sed in terra quidem esse graue: ignis autem leue: erit et planorum hoc quidem leue: hoc autem graue. Et lineam et punctum utique et punctorum similiter: superficies enim terre erit grauior quam que ignis.

**C** Ponit tertiam rationem que talis est. Cum ex superficialibus constituantur corpora: quorum quaedam sunt alij grauiora: hoc potest contingere dupliciter. Uno modo sic quod corpus constituitur grauius ex hoc quod ex pluribus superficialibus componatur sicut dicitur in Timeo: et ex hoc sequetur quod superficies sint graues: quod excessus in grauitate non fit nisi secundum aliquid graue: ut supra dictum est. Et ex hoc sequetur ulterius: quod lineae et puncta habeant grauitatem: hec. n. proportionaliter se habent sicut prius dictum est: quod. s. sicut superficies se habet ad corpus: ita linea ad superficiem: et punctum ad lineam: puncta autem habere grauitatem supra improbatum est. ergo. Alius autem modus est. quod corpora grauius a lenioribus non differant per hunc modum. i. per multitudinem superficialium. sed per hoc quod terra componitur ex grauioribus: et ignis ex lenioribus: et ita sequitur quod superficialium quedam erunt lenes. et quedam erunt graues. et similiter linearum: et punctorum. quod superficies terre erit grauior quam superficies ignis. et ita redibit idem inconueniens ut prius. **C** Deinde cum dicit.

**C** Totaliter autem accidit nullam quidem esse magnitudinem: aut posse auferri: siquidem similiter se habet punctum ad lineam. Linea autem ad planum: hoc autem ad corpus. Omnia. n. adinuicem resoluta in prima resoluentur. Ita quod continget utique puncta solum esse: corpus autem nullum.

**C** Ponit quartam rationem dicens: quod accidit secundum positionem platonis quod nulla sit magnitudo. vel quod omnis magnitudo possit auferri. i. esse desinere: quod similiter se habet punctum ad lineam et linea ad superficiem. et superficies ad corpus: et ita si corpus componatur ex superficialibus: poterit in superficiali resolui. et eadem ratione omnes magnitudines resoluentur in prima. i. in puncta: et sic sequeretur quod nullus sit corpus sed solum puncta. Nec est simile: si quis velit argumetari quod potest contingere nulla corpora mixta esse: quod possunt resolui in elementa ex quibus componuntur: quod huiusmodi supponuntur celestibus corporibus que operantur in eis mixtionem: puncta autem non supponuntur aliquibus superioribus principijs que in eis inferant necessitatem compositionis.

**C** Deinde cum dicit.

**C** Adhuc autem et si tempus similiter se habeat: auferretur utique quicquid: aut continget utique



ablatus esse. Quod enim nunc indivisibile: vel  
luc puncti linee est.

¶ Ponit quintam rationem dicens qd si tempus hoc mo-  
do se habeat qd ponatur ex instantibus: sicut corpus ex su-  
perficiis: vel linee ex punctis qd totus est unius rōnis.  
34. **C**Anaxagoras autem empedocli contraria dicit de elementis. Sic enim quidem ignem et terram et coelementa his: elementa inquit esse corporum et componi omnia ex his: anaxagoras autem contrarium: omniomera enim elementa. Dico autem puta carnem et os et unum quodque talium: aerem autem et ignem: et mixturas horum et aliorum seminum omnium. Esse enim utrunque ipsorum ex indivisibilibus omniomeris omnibus congregatis: propter quod et facta esse omnia ex his. Ignem enim et etherem appellat idem.

**O**stendit diversitatem anaxagore et empedocli circa corporalia elementa. Et primo ponit opiniones utriusque. Secundo ostendit que earum sit preferenda ibi. Quoniam autem est ois etc. Dicit ergo primo quod de elementis corporalibus contrarie locuti sunt anaxagoras et empedocles. Empedocles. n. posuit: quod ignis et terra. et alia media: que sunt simul elementa cum istis sunt corpora elementaria: corporum ex quibus omnia alia corpora componuntur. Sed anaxagoras dicit contrarium. scilicet quod alia corpora omniomera vel homogenea: id est similitum partium: puta caro et os: et alia huiusmodi sunt elementa corporum. Aer vero et ignis et terra et aqua dicebat esse commixta ex premissis: scilicet carne et osse. et ex omnibus alijs seminibus corporum naturalium. Ponebat enim anaxagoras quod partes corporum similitum infinite et indivisibiles erant semina omnium que apparent in natura. scilicet ita quod per extractiones eorum ab aliquo mixto: generantur omnia corpora naturalia sensibilia. Quia igitur ex igne et terra. et alijs huiusmodi videtur omnia alia corpora generari: estimavit quod tam ignis quam terra: et alia intermedia essent constituta ex omnibus indivisibilibus partibus similibus simul congregatis: et secundum hoc partes consimiles ponebat esse elementa horum quatuor corporum. Ex quibus tamen dicebat omnia fieri propter semina existentia. Et quia de igne mentionem non faciebat: ne ex hoc aliquod dubium oriretur: subdit quod ipse appellabat ignem etherem.

**D**einde cum dicit.

35. **Q**uoniam autem est omnis naturalis corporis motus proprius. Motuum autem hi quidem simplices: hi autem mixti: et mixti quidem mixtorum: simplices autem et simplicium sunt: manifestum quod erunt quidem corpora simplicia: sunt. n. et motus simplices. Itaque palam et quod sunt elementa: et propter quod sunt.

**O**stendit quod opinio empedocli est preferenda: sicut enim patet ex his que in primo habita sunt: omnis corporis naturalis est aliquis proprius motus. et cum sint quidam motus simplices: quidam mixti: mixti motus sunt mixtorum corporum. et simplices simplicium. Et ex hoc manifestum est quod sunt quedam corpora simplicia cum sint quidam motus simplices. Et quia motus simplices qui sunt a medio et ad medium magis appropriantur elementis que ponit empedocles: manifestum est eius opinionem esse preferendam: quamvis posset dici hanc esse secundam rationem ad principalem conclusionem: quoniam epilogando infert dicens manifestum esse: quod sunt elementa. et propter quid sint etc.

**E**t hic est finis exponis almi doctoris divi Thome de Agno quod morte puerus ad finem usque persequi non potuit.

**H**ic incipit supplementum egregii doctoris Petri de aluerna. ordinis predicatorum.

**V**trum autem finita aut infinita: et si finita: quanta secundum numerum consequens utique erit considerare. Primus quidem igitur quod non sunt infinita: quemadmodum putat quidem contemplandum. **E**t primum omnia omniomera elementa facientes quemadmodum et anaxagoras.

**I**nquirit quot sunt secundum numerum. et qualia sunt secundum naturam. Et quoniam aliter et aliter opinabantur: narrat in isto tertio opiniones aliorum. et reprobat pauca de terminando secundum intentionem suam: quot autem sint secundum veritatem. et qualia magis determinate ostendet in libro de generatione. Primo ergo inquit de numero ipsorum. Secundo cum dicit. Quoniam autem neque infinita. Ostendit qualia sunt: quoniam generabilia: et quomodo. Circa primum primum primum intentionem suam: et ordine considerandi. Secundo cum dicit. Nullus enim sic. Prosequitur. In prima parte dicit quod ostenso quod sunt elementa: consequens est considerare de numero quot sunt: utrum finita vel infinita: et si finita: quot secundum numerum. et primo considerandum erit quod non sint infinita: sicut crediderunt quidam: puta anaxagoras. democritus et leucippus. Inter que primum considerandum erit quod non sunt infinita: sicut dixerunt ponentes elementa esse omniomera: quemadmodum anaxagoras. et sequentes ipsum. **D**einde cum dicit.

**N**ullus. n. sic dignificantius recte sumit elementum. Videmus. n. multa esse mixtorum corporum in omniomera divisa. Dico autem puta carnem et os et lignum et lapidem. Itaque quoniam compositum non est elementum: non oportet erit quod omniomera elementa: sed indivisibile ad altera specie: quemadmodum dictum est prius.

**P**rosequitur. et primo opiniones ponentium elementa infinita. 2. cum dicit. Quoniam autem necesse ponit opiniones ponentium elementum unum esse tantum. Adhuc in prima parte facit quod dicitur est. 3. cum dicit. Adhuc si unicuique. Ponit rationem propriam ostendit elementa finita esse. Circa primum primum improbat opinionem anaxagoras. ponentis elementa omniomera esse. 4. cum dicit. Sed adhuc neque vel alteri. Improbatur opinionem democriti et leucippi ponentium corpora indivisibilia. Circa primum ponit rationes tres. 5. cum dicit. Adhuc autem sic sumentes. 3. cum dicit. Adhuc si corpus. In prima parte dicit quod nullus supponentium sic dignitate corpora omniomera elementa esse: recte accipit nomen elementum. Ad sensum. n. apparet multa corpora composita omniomera esse et indivisibilia esse in omniomera: sicut carnem et os et lignum et lapidem. et huiusmodi omnia composita esse probatur per segregationes aliorum ab ipsis: puta ignis et terre et intermediorum. Quoniam igitur nullum compositum ex corporibus est elementum: manifestum est quod omniomera corpora non sunt elementa: sed corpus ad quod alia res solvuntur in extrinsecus actu vel virtute indivisibile in alia corpora per altera specie: sicut dicitur est prius. **D**einde cum dicit.

**A**dhuc autem sic sumentes elementum non necesse facere infinita: omnia enim hec reddentur etiam finitis existentibus si quis sumat. Idem enim faciet: et si duo aut tria solum aut talia quemadmodum conatur et empedocles. Quoniam enim et ut ipsi accidit non omnia facere ex omniomeris. Faciem enim non ex faciebus faciunt: neque aliud secundum naturam figura



torum nihil: manifestum quod melius finita facere  
principia: et hoc ut minima omnibus eisdem futuris omni-  
di: quemadmodum dignificat et quod in disciplinis: sp  
.n. finita sumunt principia aut specie aut quantitate.

¶ Ponit secundam rationem dicens quod adhuc bene sumentes ele-  
mentum ponendo ipsum omnino: non necesse sunt ipsa facere  
infinite: omnes enim cause proprie earum et passionum possunt reddi  
sumendo ea finita si quis velit sumere. Idem et fiet si sumantur  
duo aut tria aut quatuor quemadmodum empedocles conat redde-  
re causas omnium ponendo quatuor: quibus non possit. Quoniam etiam  
nec ponentes omnino possunt omnia generare ex ipsis. facies  
enim ex faciebus non possunt generare: nec aliud figurarum  
nullum: quorum pars non est eiusdem rationis totum. Manifestum est  
autem quod melius est facere finita principia quam infinite: et finita:  
paucis et minima si equaliter possunt reddi cause omnium  
apparentium fiendorum: sicut in disciplinis faciunt finita  
et quam paucissima supponentes. Infinitum enim in cognoscibile  
est. finitum autem cognoscibile: et tanto magis quanto unitati magis  
appropinquat. Omnes enim accipiunt finita: aut sunt species. puta  
quod punctum et linea et planum diffiniunt: quorum unum quodlibet finitum  
est sunt species aut sunt quantitates: quod finita numero accipiunt: vel potest  
exponi finita secundum species de finito secundum formam: et finitum sunt quanti-  
tatem de finito sunt numerum aut extensionem. Dis enim duobus  
modis dicitur aliquid finitum vel infinitum: ut potest apparere ex 5.  
metaphysice ubi distinguitur finis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc si corpus a corpore alterum dicitur  
secundum proprias differentias: corporum autem  
differentie finite: differunt enim sensibilibus: hoc  
autem finita sunt. ¶ Porro autem hoc ostendit:  
manifestum quia et elementa finita necesse est.

¶ Ponit tertiam dicens: quod si corpus determinatur et di-  
stinguitur ab alio corpore per proprias differentias corpo-  
rum: corporum autem differentie prime finite sunt: quod dif-  
ferentie ipsorum sunt qualitates sensibiles prime: quas esse  
finitas probabitur lib. de generatōe. Quare manifestum est  
quod corpora prima necesse est esse finita. ¶ et elementa corpo-  
rea: non sunt igitur infinita: sicut anaxagoras posuit. Et est intel-  
ligendum: quod anaxagoras videtur posuisse duplex esse rerum:  
unum quidem intellectuale et unum in intellectu primo in  
quo res omnes unum erant propter intellectualem unio-  
nem. Aliud autem reale et sensibile extra ipsum intel-  
lectum secundum quod procedunt in esse ab intellectu conditio: et sic  
diversitatem habent ad se invicem. et si sic intellexit non  
multum a veritate deviauit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed adhuc neque ut alteri quidam dicunt pu-  
ta leucippus et democritus abducentes rationa-  
bilis accidentia. Inquirunt enim esse primas ma-  
gnitudines multitudine quidem infinitas: ma-  
gnitudine autem indivisibiles. Et neque ex uno  
fieri multa: neque ex multis unum: sed horum con-  
plicatione et circumplexione omnia generari.  
Adhuc autem quodam et isti omnia entia fa-  
ciunt numeros et ex numeris. Et enim si non  
plane ostendunt: tamen hoc volunt dicere. Et  
adhuc quoniam differunt corpora figuris: in-  
finite autem figure infinita et simplicia corpo-  
ra aiunt esse. Qualis autem et que figura ele-  
mentorum nihil determinaverunt: sed solum  
igni speram assignaverunt: aerem autem et aquam et alia  
magnitudine et paritate dividerunt: ut entia ipsorum

naturam velut pans prima omnium elementorum.

¶ Reprobatur opinio leucippi et democriti de infini-  
tate elementorum: quam primo ponit. secundo cum dicit. Pri-  
mo quidem igitur improbat. Primo igitur dicit: quod adhuc  
elementa prima corporum non sunt infinita: sicut alteri  
quidam dicunt. scilicet leucippus et democritus abducentes. id est ex-  
cludentes: multa accidentia rationabilia. Dicunt enim pri-  
mas magnitudines: quas dicunt prima elementa corpo-  
rum esse infinitas secundum multitudinem: indivisibiles autem  
secundum magnitudinem. Et ideo ex uno vere non fieri multa  
quod vere unum omnino non dividit nec ex multis fieri ve-  
re unum: quod sunt intransmutabilia: sed alia fieri ex ipsis  
tantum secundum aggregationem quandam et circumplexionem  
secundum figuram et ordinem et positiones. Isti autem aliquo modo:  
omnia entia faciunt numeros aut unitates quasdam ex  
quibus est numerus. Omnia enim entia vel sunt magnitudi-  
nes indivisibiles que sunt elementa que proportionantur  
unitatibus propter indivisibilitatem: aut congregata ex  
eis saluatis: que proportionantur numeris per aggrega-  
tionem saluatorum. Quoniam enim hoc expresse non dicant:  
realiter tamen dicunt: et iterum quoniam corpora prima  
determinantur figuris. figure autem in infinitum proce-  
dunt sicut et numeri corpora prima et simplicia infinite di-  
xerunt: que autem et qualis sit natura elementorum non  
determinaverunt: nisi solum in igne cui attribuerunt figu-  
ram pyramidalem. aerem autem et aquam et alia dixerunt ge-  
nerari ex primis magnitudinibus recipientia ut contin-  
git figuram ipsorum: et differre ad invicem magnitudine  
et paritate: ac si natura magnitudinis et paritatis sit pa-  
sperma. id est totum seminarium elementorum omnium et ge-  
neratorum ex eis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Primum quidem igitur et in his hoc pecca-  
tum non finita sumere principia habituris hoc  
omnia dicere. Adhuc autem si non infinite ele-  
mentorum differentie: palam quia non erunt  
elementa infinita. Adhuc autem necesse oppo-  
gnare mathematicas scientias indivisibilia cor-  
pora dicentes: et multa gloriosorum et appa-  
rentium secundum sensum interimere: de quibus di-  
ctum est primum in his que de tempore de motu.

¶ Improbat predictam opinionem. Et primo ex hoc quod fal-  
sum posuit. Secundo cum dicit. Simul autem et contraria ex hoc  
quod ponentes eam contraria sibi ponunt. circa primum ponit  
rationes. 3. que posite sunt prius. Ponens igitur primam di-  
cit quod primum peccatum quod accidit ponentibus sic est quod non  
principia finita sumunt: cum cause et principia apparentium  
equaliter reddantur positivis finitis sicut in infinitis: sicut ex  
positum fuit prius. Secundam rationem potest dicens quod adhuc si dif-  
ferentie eorum non sunt infinite manifestum est: quod nec elementa infinite  
erunt: numerus enim ipsorum secundum speciem est secundum numerum dicitur:  
differentie autem eorum non sunt infinite: quod sunt qualitates sensibiles  
prime vel per se principia ipsa. ¶ et elementa infinite non erunt. 3. potest  
dicens: quod ponentes indivisibilia corpora necessario sunt ponere  
quodam tria suppositioibus scilicet mathematicarum et multa prin-  
cipiorum suorum apparentium ad sensum negare: puta hoc ipsum  
quod dicitur: omne continuum divisibile esse in infinitum et indivisibile  
divisibile non est continuum nec contra ens: de quibus dictum est  
prius in his que de tempore et motu et in lib. physicorum.  
quinto et sexto. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Simul autem contraria dicere ipsos sibi ipsis  
necesse. impossibile enim indivisibilibus enti-  
bus elementis magnitudine et paritate differ-  
re aerem et terram et aquam. Non enim possi-

Cō.

38

Cō.

39.



bile ex inuicem fieri: remanebunt enim semper maxima corpora segregata: autem sic fieri aqua et aer et terra ex inuicem.

**C** Improbatur ea eo quod ponentes necessario sunt sibi dicere: et circa hoc ponit rationes duas. scilicet cum dicit. Adhuc neque sunt horum. primo dicit: quod si cum predictis ponentes hanc opinionem necesse sunt sibi ipsis dicere. ponunt enim corpora mundi indiuisibilia esse et aqua et aer et terra et aqua differre solum magnitudine: et puritate: quia terra est ex maioribus indiuisibilibus: aqua ex minoribus: et aer adhuc ex minoribus: hoc est ponunt quod terra: et aqua et aer ex inuicem generantur. Si enim etiam sunt indiuisibilia ex quibus componuntur non differret magnitudine et puritate: si enim magnitudine et puritate differret. scilicet quod aer ex minoribus generaretur quam aqua: et aqua quam terra: non esset possibile quod fieret ex inuicem se. Si enim aer generet ex aqua. nec erit per segregatorem minorum at horum: cum autem non sint infinite in aqua finita ex parte manifestus est quod per continuas generatorem segregabuntur omnino et remanebunt maiora corpora indiuisibilia solum quare ex aqua non ulterius generabitur aer: si nec aqua ex terra nec terra ex illis. Sed ipsi dicit aqua et aer se ex inuicem generari. quod non differunt solum magnitudine et puritate: cuius dicitur ponunt. **C** Deinde cum dicit.

40. **C** Adhuc neque secundum horum suspicionem videtur utique infinita fieri elementa: quoniam corpora quidem differunt figuris. Figure autem omnes componuntur ex pyramidibus: rectilinea quidem ex rectilineis. Sphaera autem ex octo partibus. Necesse enim esse aliqua principia figurarum. Quare siue unum siue duo siue plura: et simplicia corpora tanta erunt multitudinem.

**C** Ponit scilicet dicens: quod adhuc sunt opinionem quaedam istorum quam habent de corporibus primis: sequitur ipsa non esse infinita multitudinem: cuius dicitur ponunt. dicit enim quod corpora determinantur et differunt ad inuicem figuris: figure autem omnes componuntur ex pyramidibus et resoluntur in eis: scilicet enim figure superficiales et rectilinee resoluntur in triangulum: ita figure solide rectilinee in pyramides. Sphaera autem componitur ex octo partibus pyramidalibus: quod appetit si imagine siue diuidi per tres circulos magnos intersecantes se ad angulos rectos. Diuiditur enim in octo pyramides quarum conus recti anguli erunt in centro sphaerae: quare trianguli erunt prima elementa figurarum. sunt autem finita. quare necesse est principia seu elementa figurarum finita esse: cum igitur numerus eorum sit finitus numerum dicitur primarum necesse est esse tot corpora simplicia quot sunt prima elementa figurarum: siue sint unum: siue duo: siue tria: vel alio quocumque numero. **C** Deinde cum dicit.

41. **C** Adhuc autem si unicuique quidem elementorum est aliquis proprius motus et quod simplicis corporis simplex. Non sunt autem simplices motus infiniti propter neque simplices latitudines: plures enim duabus neque loca infinita esse non utique erunt: neque sic infinita elementa.

**C** Pōit rationes proprias et naturales ostendit etiam finita esse: quam posuit circa principium primi libri dicens: uniuscuiusque eorum est aliquis motus proprius: et motus corporis simplicis est simplex: et compositi compositus. quod sunt multitudinem motuum simplicium erunt multitudinem simplicium corporum: motus autem simplices infiniti non sunt: quia latitudines simplices non sunt plures duabus. scilicet recta et circularis: nec etiam loca in quibus sunt infinita sunt: corpora igitur simplicia non sunt infinita. erunt igitur finita.

**C** Quoniam autem necesse finita esse elementa considerare utrum plura erunt aut non.



**B** Ostendit Aristoteles ostendit etiam non esse infinita: ostendit etiam non esse unum tantum: reprobando opiniones ponentium dicitur. Circa quod permittit intentionem suam dicens quoniam etiam necesse est finita esse ut appet ex dictis. finita autem sunt: siue unum: siue plura: propter quod restat considerandum utrum sint plura vel unum. **C** Deinde cum dicit.

**C** Quidam enim unum solum supponunt: et hoc habent quidem aqua: habent autem aerem: habent autem ignem: habent autem aqua subtilius quidem: aere autem spissius: quod continere autem omnes celos infinitum ens.

**C** Prosequitur et primo ponit opiniones ponentium unum tantum: et cum dicit. Quicunque quidem igitur improbat eas. In prima parte dicit quod quaedam antiquorum posuerunt unum solum elementum corporum. Sed istud alii dixerunt aqua sicut thales milesius et pythagoras. quia prima elementa animalium et alimēta ipsorum et plantarum videbant esse humida. alii autem aerem sicut anaximenes et dyogenes: quia videbant ipsius facile alterabile ad quodcumque. Alii autem aliquid medium inter ista subtilius aqua et grossius aere: quod posuerunt esse infinitum et continere omnes celos et omnia corpora vltimē: sicut anaximander. Alii autem ignem: sicut pythagoras methaportin' et eraclit' ephesius: quia videbant ipsius maxime iter alia actuum. **C** Deinde cum dicit.

**C** Quicunque quidem igitur unum hoc faciunt aerem aut aquam aut aquam quidem subtilius: aere autem spissius: si ex huius spissitudine et raritate alia generantur: isti latent ipsi sibi ipsis aliud aliquid prius elementa facientes. Est enim que quidem ex elementis generatio compositio: ut autem. Que autem ad elementa resolutio. Itaque necesse prius esse naturam quod magis subtilium partium. Quoniam igitur autem omnium corporum ignem subtilissimum esse. Primum utique fuerit natura ignis: differret autem nihil. Necesse enim unum aliquod aliorum esse primum: et non medium.

**C** Reprobat opiniones predictas: et primo diuisim. et at cum dicit. Locus autem: coiter per unam eorum rationem. Circa primum primo improbat opinionem ponentium aerem vel aquam vel aliquid medium primum elementum. Secundo cum dicit. Quicunque quidem igitur ignem: opinionem ponentium ignem. Circa primum ponit rationes duas. scilicet cum dicit. Adhuc autem spissitudine. In prima parte dicit quod quicunque elementum primum et unum dicit esse aerem vel aquam vel aliquid medium subtilius aqua et grossius aere dicentes alia generari ex hoc uno per ingrossationem vel rarefactionem: grossiora quidem per inspissationem: subtiliora autem per rarefactionem: decipiunt ipsi seipsum: de necessitate enim ponunt aliquid esse primum elementum primo. Est enim quedam generatio aliorum ex eis quam dicitur compositio. Alia autem eorum ex compositis quam dicitur resolutionem quod fit per rarefactionem: rarefactio autem est ad id quod est subtilius: et prius natura. quare manifestum est quod corpus quod est subtilius prius est primum finem nam his quod grossius. ignem autem dicit esse subtilissimum omnium corporum: quare ignis erit primum natura omnium. Sic igitur aqua vel aer vel aliquid medium elementum primum erit primum elementum primo: quod est impossibile. Non differret autem si ignis non sit primum nec subtilius finem ipsos. Si enim ipse non sit erit aliud quodcumque sit vel ex quo aliquid medium ponunt ex quo dicitur alia quedam generari per rarefactionem. **C** Deinde cum dicit.

**C** Adhuc autem spissitudine et raritate alia generare nihil differret quam subtilitate et grossitie: subtilitate quidem enim rarum: grossius autem volunt esse spissum. Iterum autem subtilitate et grossitie idem quod et magnitudine et paruitate. Subtile quidem enim quod paruum partium: grossum autem quod magnarum partium. Quod enim extensum in mul

40.  
42.



40.  
42.



tum subtile tale autē quod ex partibus partibus constans. Itaque ipsis accidit magnitudine et paritate dividere aliorū substantiā. Sic autē determinatis omnia accidet dicere ad aliquid: et non erit simpliciter hoc quidē ignis: hoc autē aqua: hoc autē aer. Sed idē ad hoc quod ignis: ad aliquid autem aliud aer.

¶ Ponit scōdaz rōez primo. Scōdo cū dicit. Quod accidit plā dicētib: extēdit eā et ponētes eā determinari magnitudinē et paritate. Prīo igit dicit: quod eā generari ex vno p rarefactionē et cōdēsatiōez idē est quod generari ea p subtiliatio nez et igrossatiōez. subtile. n. fm se est rarū aliqd: grossū autem oēs dicūt eē spissū: subtilitas autē et grossities sūt idē quod magnitudo et paritas. subtile. n. dicim⁹ quod ē puaz ptiū. quod. n. multū extensū est p rarefactōez subtile est. tale autē est quod cōpōit ex corpib⁹ pūis. Grossū autē est quod est magnū ptiū. Sic igit dicētes alia generari ex vno elo p rarefactōez et cōdēsatiōez: determinant subaz alioz magnitudinē et paritate. Sic autē determinata suba eoz oīa alia ad aliqd drent: et nō simplr: et nō erit aliqd ignis vā aer vā aq simplr: s; ad hoc ignis: ad aliud autē aer vā aq: magnū. n. et pūū ad aliqd dnt: sic dī in pdicamētis: hoc autē est iposibile. ergo et primum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod accidet et plura quidē elementa dicentibus: magnitudinē autē et paritate differre dicentibus. Quoniam enīz quāto determinatuz est vnumquodq; erit quedam ratio adinvicez magnitudinū. Quare habentia hanc rationē adinvicem necesse hoc quidē aere esse: hoc autē ignem: hoc autem terrā: hoc autē aquā ppter inesse in maioribus minorū rōnes.

¶ Extēdit rōez istā ad ponētes eā plā determinari magnitudinē et paritate dicēs: quod idē icōueniēs accidet ponētib⁹ eā determinari et differre iuicē magnitudinē et paritate. Si. n. eā determināt magnitudinē et paritate: magnitudinē ipsis in aliq rōe erūt ita vt qd ē pportio magnitudinis ignis ad magnitudinē aeris: eadē sit magnitudinis aeris ad eā que aq: et h⁹ ad eā q terre. Si igit pp h⁹ rōez magnitudinū et excessūz soluz determināt ignis et aer et aq et terra: erit aer ad vnuz. puta ad ignem: et ignis ad aquaz: et ignis et aer ad aquam: et aqua ad aerem: aer ad terram: qz illa eadem ratione magnitudinis et excessu quo ignis excedit aerem determinatum: excedit aer aquam et aqua terram: qz si ignis respectu aq excedit aerem p illa eadē erit ignis ad aquaz et sic in alijs. Et iterum qz magnitudo ignis p̄tinet magnitudinēz aeris et aq et terre p q̄s determinat. erit ignis et aer et aq et terra s̄l̄r in alijs. Et iterum qz terra tota eādez rōez h; ad aliq̄ p̄ez sui h; magnitudinē quā h; ignis ad aerez h; illā et eādez ad aliā q̄ aer ad aquā et eādez ad aliā: q̄ aq ad terrā: seq̄t qz terra ad aliq̄ p̄ez sui ignis et ad aliā aer et ad aliā aqua: et s̄l̄r in alijs. sūt .n. magnitudines miores in maiorib⁹: quod est iposibile: sic igit vt exponere alexāder regulā istā. Simpliciter autē dicē hāc expositionē extortā eē. Nō. n. o; si magnū et pūū ad aliqd dicant quod ea qbus isunt ad aliqd dicant. quāuis. n. amicus sit ad aliqd: tñ hō cui iest amicu esse nō est ad aliqd. s̄l̄r quāuis dualitas tñ excedat vnitatē q̄tū exceditur a ternario: nō tñ dualitas ē vnitās ad ternariū. et s̄l̄r nō o; quod quāuis aer tñ excedat aquā q̄tum excedit ab ignē: quod aer sit ignis ad aq vā aqua aer ad igne: s; si magnitudo et paritas q ad aliqd dnt eēt accidētia corpib⁹ primis: sicut amicu eē accidet boi vā dualitati accidet excedi a ternario

in determinata rōe bñ argueret simpliciter alexādrū: quod sic non opz quod si amicu ad aliqd dnt quod hō cui inest ad aliqd dicat. Et sic nō o; quod si q̄tū dualitas excedit vnitatē tñ excedit a ternario quod pp hoc sit vnitās ad ternariū: ita nō oporteret quod si q̄tū aer excedit ab igne i magnitudinē: tñ excedat aq quod sit ignis ad aq. Si vō eēt forme et nature subales ipsoz qb⁹ determinant: sic isti ponebāt de necessitate seq̄ret dictū alexādrī: sic si hō determinaret p amicu eē dicere ad aliqd: sic et amicu. Et si dualitas determinaret p excedi in tñ a ternario q̄tū excedit vnitatē ess; vnitās ad ternariū. Et idē qz eā ponūt isti determinari p magnitudinē et paritatē fm se ad aliqd dntas: seq̄t eā ad aliqd dici: sic posuit alexāder. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quicunq; autēz ignem supponunt elementuz: hoc quidē diffugiunt: alia autē ipsis necessaria irrationabilia accidere. Hi quidem enīz ipsis figuram coaptant igni: quēadmodū pyramidem facientes: et horum hi quidē simplicius dicentes: quoniam figuraruz acutissima pyramis: corporuz autem ignis. Hi autē persuasibilibus rationez adducentes: quoniam corpora omnia cōponuntur ex eo quod subtilissimarū partuz. Figure autē que solide ex pyramidibus. Itaque quoniam corporuz ignis subtilissimum. figuraruz autē pyramis subtilissima et prima: p̄ma autē figura primi corporis pyramis vtiq; erit ignis. Hi autē de figura nihil enunciant: subtilissimū autē partibus solū faciūt. Deinde ex hoc cōposito aiunt facta esse alia: quēadmodūz vtiq; si ex inflata parua decisioe.

¶ Reprobatur opinionē illoz q posuerūt ignē eē illō vnu elz. Et p expōit opinionē illoz: et diuersitatē circa ipaz tagit. Scōdo cū dic. Utrisq; at eadēz. improbat eā. In p̄te ostendit quod oēs ponētes ignē eē elm p̄ et solū qdā pdictoz icōueniētiū diffugiūt. Nō. n. necesse hnt p̄ere aliqd simpliciter elo. S; de necessitate qdā alia icurrūt: quod apparebit postis opinionib⁹. Quidā. n. attribuūt ei figurā pyramidalē et istoz qdā dnt simpliciter: hoc est min⁹ fm rōez arguētes sic. figura pyramidalis est acutissima figuraz et simplicissima. Inter corpa autē ignis acutissimū ē et simplicissimū. qre ignis est pyramidalis figure: arguētes ex affirmatis i scōda figura. ¶ Et si arguat quod eodē mō arguēdi vtiq; pl̄s in z: h⁹ ad pbādū celū eē circularis figure. qre si ibi valet et hic: et si ibi nō valet nec hic. Ddm ad hoc quod non est silē: qz corp⁹ celeste h; se figuratū est. et idē cū sit p̄ sibi debet p̄ figura h; se. Et idē ibi quertūt termini maioris p̄pōnis. si .n. corpi p̄mo debet p̄ma figura: ecōuerso vtz erit dicere quod figuratū p̄ma figura est corp⁹ p̄ celeste. In talib⁹ autē grā mae tenet silē ex affirmatis in scōda figura: qz p̄ quertionē maioris fit in p̄ma. hic autē elis p̄mis corporuz sensibiliū nō debet figura h; se: sic n̄s formā eoz: oīa. n. vnaz figurā sequunt. s. cōtinētis: et idē nō o; quod aliqd p̄mū iter ea hēat aliq̄ p̄mā figurā. Et ideo hic nō quertūt termini maioris p̄pōitiōis. ppter quod non valet ratio. Alij autē rationabilius arguunt supponētes tria. primum. s. quod corpora primo componūtur ex subtilissimo et simplicissimo. 2⁹ quod figure solide oēs cōponūt ex pyramidib⁹: pyramis .n. ē p̄ma oīuz figuraz solidaz rectilineaz. tertiu quod posteri⁹ ponōt. quod p̄ma figura debet p̄mo corpi: ex qb⁹ sillogizāt sic quod p̄mū et subtilissimū corporuz est ignis: quod etia; supponūt vt manifestū: subtilissimū autē corporuz et p̄mū figurā p̄ma figura. q igni debet p̄ma figura: ignis igit est pyra

L6.

44.

L6.

45.

L6.

46.



midalis figure. Alij aut de figura ignis nihil dicunt: s; ponentes ipsius elementu pmi ponunt ipsum ee ex subtilissimis partibus: et deinde p comassationez qda alia fieri queadmodu ex inflata. i. extensa suba fiunt p comassationez parua decussioe. i. pua fm qstitate: sic ex auri folio exteso p comassationez fit aurum spissu. Sic ex igne subtili exite coeuti et ispisfato fiunt grossiora corpa no p comixtoez.

¶ Deinde cu dicitur. ¶ **U**triusq; aut eadez accidunt difficultia. si quidem. n. indivisibile pmi corpus facit iterum veniunt prius dicte rationes ad hac supponez.

46. ¶ **A**dhuc non contingit hoc dicere naturaliter  
47. ¶ **V**olentibus considerare. S; per. n. omne corp<sup>o</sup> corpori comparabile secundum quantum: habent aut proportionaliter magnitudines que similitu partiu adinvicem: et que elementoz: puta que omnes aque ad oem aerem: et elementi ad elementu: similiter autem et in alijs. Aer aut plus aqua: et subtilissimu grossissimo: manifestum quonia et elementu minus erit aqua q; aeris. Si igitur minor magnitudo existit in maiori divisibile utiq; erit aque elementu: similiter autem et ignis: et totaliter aut subtilissimoz.

¶ **I**mprobat predicta opinionem. D; aut ponenti igne elementu pmi qda posuerunt ipsius indivisibile: fm quantitates. Alij aut divisibile. pmo igitur pbat q; indivisibile exis no pot ee elementu pmi. Secdo cu dicit. Si aut divisibile. q; etia nec si sit divisibile. Circa pmi adducit rones duas: secundu pot cu dicit. Adhuc no contingit. In pma pte dicit: q; utriusq; ponenti igne elementu pmi. s. figuratib; ipz et no figuratib; eadez accidunt fere icovenientia. Si. n. ponit ipz indivisibile icurrunt icovenientia tacta pri; democritu et leucippu. s. q; qstiu: et ctinu in ifinitu divisibile no e: et q; i divisibile divisibili ctinuatib; quoz tria supponunt i disciplinis mathematicis. ¶ Deinde cu dicit. Adhuc no contingit: pot scdaz ronez dices: q; adhuc volentib; considerare naturaliter no contingit igne indivisibile exite ee elementuz pmi nec elementa corpa ee indivisibilia. elementa. n. pma corpoz sunt corpa: et omne corp<sup>o</sup> omni corpori s; magnitudine est comparabile: cu nullu sit ifinitu. s. oia omniomera adinvicem copabilia erunt: fm quantitates. puta rota aq; ad totu aerem: et totu elementu terre ad totu elementu aq;: et silr aer totus respectu ignis. Manifestu e at q; ignis tot; maioris qstatis e q; aer: et aer q; aq;: et aq; q; terra. et etio aer minoris q; ignis: et aq; q; aer: et terra q; aq;. Si igitur in eo qd e mai; alio: s; qstitate est magnitudo eqlis minori oem. n. qd mai; e ali quo: dividit in id qd excedit: et in illd quo excedit: elementu aut aq; mai; est elo terre vt dictu est: qre elm aq; divisibile erit. Silr autem et ignis et vltiter omne qd subtili; e alio. No pot igitur aliqd ee pmi elementum corporum et indivisibile. ¶ Deinde cum dicit.

48. ¶ **S**i aut divisibile figuratibus quidem ignem: accidet no esse ignis parte igne. ppter non componi pyramidem ex pyramidibus. Adhuc autem no omne corpus esse aut elementum aut ex elementis. Pars enim ignis neq; ignis neq; alterum elementu nullum.

¶ **P**robat q; nec ignis pte ee elz pmo posito q; sit divisibil. Et dividit i pres duas: qz pmo dicit: q; si ignis sit divisibil. et sit determinat; figura: no pot ee elm pmi. Secdo cu dicit. Magnitudine aut. q; nec etiaz si no determinet figura. ¶ **Q**uod ad pmi adducit rones duas dicens. pmo q; si ignis

sit elementu pmi et divisibile: et determinatu figura pyramidalis: sequet q; ps ignis non erit ignis: qz ps pyramidis vlr no est pyramis. Nunc aut hoc est icoveniens: ptem. n. ignis igne ee dicim;: s; et pmi est icoveniens. ¶ **S**cdaz ronez ponit dices: q; adhuc si ignis indivisibilis exis et pyramide determinat; sit elm: sequet q; no oem corpus erit elementu aut ex elementis. ps. n. ignis corp<sup>o</sup> qd da est: et non est elementu: qd est ignis: qz no h; figuram pyramidis: nec etia coposita ex elementis: elm. n. simplici; est eo qd coponit ex elo: nihil aut simplici; est fm eos parte ignis. pars igitur ignis nec elementum erit: nec ex elementis: hoc aut icoveniens est. ergo et pmi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **M**agnitudine aut determinantibus prius aliquid elementi elementu esse: et hoc in infinitum ire: siquidem omne corpus divisibile: etiaz quod minimaz partiu elementum. ¶ **A**dhuc autem et his accidit dicere: q; idem ad hoc quidem ignis est: ad aliud autem aer et terra.

¶ **D**icit q; si ignis est divisibilis: et non determinet figura: no est elm pmi: et ad hoc adducit rones duas dices p q; dicitib; igne determinari magnitudine s; no figura et cu hoc ee elm pmi accidit q; aliqd sit pri; elo pmo et hoc in ifinitu ire. Si. n. oem corp<sup>o</sup> divisibile e: ignis magnitudine hns divisibilis erit in ifinitu: q; an qualib; pte ignis erit ptere in ifinitu pte pte ignis: qre elo p erit aliqd prius etia in ifinitu: hoc autem impossibile est. s; et pmi. Scdaz ronez pot dices. Adhuc aut. Dis q; dicit igne ee elm pmi et determinari magnitudine no figura ide accidit de necessitate dicere cu; magnitudo ad aliqd dicat; s; q; h; q; ignis ad aliqd dicat;: sic et alia corpa: et q; aliqd sit ignis ad hoc: aer autem ad aliud silr. et aer et aqua et terra: hoc autem in conveniens est: ergo et pmi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **C**omune aut omnibus peccatu vnu elementum supponetibus vnu soluz motu facere naturale: et omniu eude. Videmus. n. omne naturale corpus motus habens principiu. Si igitur omnia corpora vnu aliquid sunt: oium utiq; erit vnus motus: et eodez necessarium. Quato quidem utiq; plura fiant moveri magis queadmoduz et ignis quato quidem utiq; maior fiat: ferit velocius sursum ea qua ipsius latrone. Accidit autem multa deorsuz ferri veloci;: Itaq; propter hoc et adhuc: quonia determinatu est prius: quonia plures naturales motu palat; qz impossibile vnu esse elementu.

¶ **P**onit ronez coez s; oes ponentes elementu vnu dices: q; coe peccatu s; oes ponentes elementu vnu est q; oes necesse hnt ponere vnu solu motu nale et oiu; corpoz vnu: et eudez. Dia. n. illo motu mouent; naturaliter: quo mouet elementu ex quo consistet; hnt. Si igitur cuiuslibet corpis nalis est aliqs motu nalis: et oia corpa sunt aliqd corp<sup>o</sup> vnu pmi: ex quo consistunt: fm ipsos seqt q; oiu; erit motu vn;: et illo vno mouebit; aliqd tato veloci; alio: qsto ex plib; partib; possituz erit: sic ignis qsto qde maior e tato veloci; ferit sursum s; motu nale ei;: qre si oia eent ignis oia moueret; sursum qda veloci;: qda tardius. Nunc autem videmus multa deorsuz ferri velociter. Manifestu est igitur q; no oiu; e vnu elementu pmi. Et adhuc qm determinatu est prius q; plures sunt motus nales: et simplices vt ad sensuz appet. s. a medio: et ad mediu et motus simplices sunt simplici; corpoz: manifestum est q; sunt plura corpa simplicia.

Co. 49

Co. 50

Co. 51



**Q**uoniam autem neque infinita neque unum; plura necesse est esse et finita. Considerandum autem primum: utrum sempiterna sunt aut generata. Hoc enim ostensum manifestum et contra quaedam et qualia sunt.

**O**stenditur prius ostendit: quod elementa non sunt infinita; nec etiam unum tantum: Intendit hic determinare qualia sunt: quoniam non sempiterna: sed generabilia: et quomodo. Et circa hoc primo permittit intentiones suas. Secundo cum dicit. Sempiterna quidem. prosequitur. In prima parte dicit: quoniam ex his quae dicta sunt manifestum est quod elementa non possibile est esse infinita nec unum tantum: sed necesse est esse plura et finita: Considerandum restat primo utrum sint sempiterna aut generabilia. Hoc. n. declarato manifestum erit qualia sunt: quoniam calida frigida humida: et sicca: per hoc. n. mouentur ad generationem: et etiam quot sunt secundum numerum. numerum. n. ipsorum est secundum numerum coniugationum possibilium qualitatibus dictarum. **C** Deinde cum dicit.

**S**empiterna quidem igitur esse impossibile: videmus. n. et ignem et aquam et unumquodque simplicium corporum resolutionem. Necesse autem aut infinitam esse aut stare resolutionem.

**P**rosequitur: et primo ostendit quod non sunt sempiterna: sed generabilia. Secundo cum dicit. Quoniam autem generabilia. Inquit quomodo sunt generabilia. Circa primum primo permittit quaedam diuisionem ex qua apparet intentionem. 2<sup>o</sup> cum dicit. Si quidem igitur infinita. prosequitur membra. Prius igitur dicit: quod elementa prima corporea impossibile est esse sempiterna. Ad sensum. n. videmus ignem et aquam et unumquodque de numero simplicium corporum: inter quae sunt elementa prima resolui et corrumpi. Necessarium igitur est habere resolutionem aut infinitam esse et nunquam terminari: aut stare et terminari quoniam.

**C** Deinde cum dicit.

**S**iquidem igitur infinita erit: et tempus resolutionis infinitum et iterum compositio. Unumquodque enim in alio tempore dissoluitur et componitur partibus: quare accidet extra infinitum tempus aliud esse infinitum tempus: cuius illud quod compositio infinitum sit: et adhuc prius hoc quod dissolutionis. Quare extra infinitum fieri infinitum: quod quidem impossibile.

**P**rosequitur. et primo primo membra ostendit quod dissolutio ipsorum: non est infinita primo. 2<sup>o</sup> cum dicit. Si autem stabit. 3<sup>o</sup> Tertio cum dicit. Itaque necesse. concludit ipsa non esse eterna simpliciter. In prima parte dicit: quod si resolutio quae appetit simpliciter corporum est infinita: cum tempus resolutionis coextendat ipsi tempus resolutionis erit infinitum: et si tempus resolutionis infinitum est: manifestum est quod et tempus compositio: si tempus corruptionis est eque tempus generationis: sic dicitur 2<sup>o</sup> de generatione: aut tempus compositio est maius: quia laboriosior est: propter quod cum extra dissolutionem sit propter et prior sequitur quod extra infinitum tempus dissolutionis erit aliud tempus infinitum quod est propter: et adhuc prius illo si propter propter est dissolutione. quare extra infinitum erit aliud infinitum: hoc autem est impossibile cum unum totum comprehendat. 3<sup>o</sup> et primo est impossibile. Et est intelligendum: quod non est impossibile duo infinita esse: quorum unumquodque sit infinitum in altera extremitate: finitum autem in altera. Sic. n. se habent tempus praeteritum et futurum coplata ad istas nunc quorum praeteritum est infinitum ad ante et finitum ad posterius: puta ad nunc futurum: aut e converso: secundum Aristotelem: duo autem infinita esse: secundum utramque extremitatem est impossibile: et sic procedit ratio Aristotelem. **C** Deinde cum dicit.

**S**i autem stabit alicubi dissolutio: aut indiuisibile erit corpus in quo statur: aut diuisibile quidem: non tamen diuidetur unquam: quemadmodum

videtur Empedocles velle dicere. Indiuisibile quidem igitur non erit propter prius dictas rationes: sed tamen neque diuisibile quidem: nunquam autem dissoluetur. Adhuc enim corpus maiori facilius corruptibile: siquidem et quod multum corrumpitur secundum hanc corruptionem: ut corrumpatur in minori. Adhuc. n. magis hoc patitur rationabile minus. In duobus autem modis videmus corruptum ignem. A contrario. n. corrumpitur extinctum: et ipsum in seipso marcescens: hoc autem patitur minus a pluri et velocius: quanto utique sit minus.

**P**rosequitur 2<sup>m</sup> membra dicit: quod si dissolutio apparens in corporibus primis non est infinita: sed cum stat necesse est stare eam: aut erit aliquid corpus indiuisibile omnino et incorruptibile: aut aliquid diuisibile et corruptibile: quod tamen nunquam videtur aut corrumpitur: sic emp. ponit quod posuit elementa diuisibilia: non tamen corrumpi. quia nec habere maius. Non autem potest stare ad aliquid corpus indiuisibile: quia non potest esse aliquid tale: sic probant rationes adductae prius de democritum et platonem. Nec etiam potest stare ad diuisibile quod nunquam dissoluetur aut corrumpatur. In omnibus. n. quae sunt unum nunc videmus quod minus facilius corrumpitur maiori: quia minoris virtutis est et magis passibile: si igitur quod multum est corruptibile est ut ita corrumpatur in aliquo tempore magis rationale est minus diuisibile et corruptibile corrumpi in minori. et quis non corrumpatur a maiori sed forma tamen ab excellenti corrumpitur: his. n. duobus modis videmus ignem et alia corpora corrumpi: quoniam quidem a maiori virtutis ex parte extrinseco. Alio marcescendo in seipsis: propter defectum materiae vel alimentum. Et hoc modo minus corrumpitur a maiori: ut minor flamma a magna: et tanto velocius quanto minus fuerit. Maior enim minus et alimentum eius in paucis temporibus consumit. **C** Deinde cum dicit.

**I**taque necesse corruptibilia et generabilia esse elementa corporum. **Q**uoniam autem sunt generabilia: aut ex non corpore aut ex corpore erit generatio: et si ex corpore: aut ex alio: aut ex inuicem.

**C**oncludit ipsa non esse eterna: sed generabilia dicit: quod sic igitur lex quo dissoluntur et non stat dissolutio ad aliquid diuisibile et vel indiuisibile eternum ex his relinquit ipsa esse generabilia et corruptibilia. Deinde cum dicit. Quoniam autem: inquit quomodo generabilia sunt. Et circa hoc primo ostendit quod sunt generabilia ex inuicem. Secundo cum dicit. Intendit igitur considerandum. inquit quomodo ex inuicem. Circa primum primo potest quaedam diuisionem: quoniam corpora simplicia sunt generabilia: necesse est ea generari aut ex non corpore omnino: aut ex corpore. Si ex corpore cum ex se non possint: eorum. n. prius seipsis: de necessitate generabuntur: vel ex alio corpore diuerso ab ipsis: vel ex se inuicem. **C** Deinde cum dicit.

**E**x non corpore quidem igitur generatio sermo facit generatum vacuum. Omne enim quod fit: in aliquo fit: aut sine corpore erit in quo fit generatio: aut habebit corpus. Et siquidem habebit corpus: duo simul erunt corpora in eodem: quod quidem factum et quod peristens. Si autem sine corpore: necesse vacuum esse separatum: hoc autem quod impossibile: ostensum est et prius.

**P**rosequitur membra: et primo excludit alterum membrum prius diuisionem: secundo cum dicit. Sed adhuc neque ex corpore: alterum scilicet. Tertio cum dicit. Quoniam autem. concludit alterum membrum secundum eum sicut verum. In prima parte dicit: quod sermo dicens: simplicia corpora generari: ex non corpore de necessitate facit va-

C6.  
49.C6.  
50.C6.  
51.C6.  
52.C6.  
53.C6.  
54.



cuius separati: cuius probatio est: quoniam omne quod fit de necessitate est in aliquo loco: omnes enim motus in loco sunt: sic dicitur in 5. philosophi corporum: necesse est igitur: quod locus in quo est illud corpus: quod generatur nunc: sit prius sine corpore: aut contineat aliquod corpus. Si autem contineat aliquod corpus: sequitur quod duo corpora erunt simul. scilicet quod generatur: et quod preexistebat: quod est impossibile. Non enim potest dici quod corpus preexistens cedat. Si enim cederet: in illo eodem in quo istud generatur oporteret ipsum cedere. hoc autem generatur in instanti. ergo in instanti cederet: quod est impossibile: quia cessio non fit nisi per motum localem: quod non est in instanti. Si autem sit sine corpore cum posterius recipiat corpus: necesse est esse vacuum separatum. vacuum enim dicimus quod est privatum corpore sensibili: et natum est recipere illud: hoc autem est impossibile: sicut dicitur in 3. philosophi corporum. ergo et primum. Et est intelligendum: quod littera illa que dicitur: omne enim quod fit aut sine corpore erit: in quo fit generatio: aut habebit corpus: obscura est propter defectum alicuius: sic videtur alexandro. Supplet autem sic. omne enim quod fit in aliquo fit: aut in corpore non erit in quo generatio est: aut habebit corpus: et tunc est plana secundum expositionem dictam. **C** Deinde cum dicitur.

55. **C** Sed adhuc neque ex corpore aliquo contingit fieri elementa. Accidit enim aliud corpus prius esse elementis. Hoc autem siquidem habebit gravitatem aut levitatem: elementorum erit aliquod. Nullam tunc inclinationem immobile erit et mathematicum. Tale autem ens non erit in loco. In quo enim quiescit: in hoc et moveri possibile: et siquidem vi preter naturam: si autem non vi secundum naturam. Siquidem igitur erit in loco: alicui erit aliquod elementorum. Si non in loco: nihil ex ipso erit. Quod enim fit: et ex quo fit: necesse simul esse.

**C** Excludit secundum membrum scilicet divisionis dicens: quod adhuc si corpora simplicia generentur ex alio corpore: cum illud sit prius erit aliquid prius elementis: quod quidem inconueniens est: in quo posset stare: sed deducit ad aliud manifestum dicens: quod hoc corpus ex quo generantur elementa aut habebit gravitatem: aut levitatem: aut non. si habeat gravitatem: aut levitatem erit ergo aliquod elementorum primorum: non ergo aliud quod est in hypothesis. Si autem non habeat gravitatem: aut levitatem immobile erit: sic probatum est prius: et quia abstractum a motu erit: sic mathematicum. tale autem ens non est in loco naturali. Si enim gesseret in aliquo loco moueretur ad ipsum. Si quidem per violentiam: moueretur per violentiam ad ipsum. Si autem per naturam gesseret: moueretur ad ipsum per naturam. Si autem dicatur per terminandum: quod in aliquo loco determinato est tunc aliquid elementorum determinatorum: non est aliud. Si autem dicatur quod omnino in loco non est: nihil fiet ex ipso: quia quod generatur et illud ex quo generatur necesse est simul esse: quia causa in actu: et effectus in actu sunt simul. Sic igitur non generantur elementa ex aliquo corpore priori. **C** Deinde cum dicitur.

**C** Quoniam autem neque ex non corpore fieri possibile: neque ex alio corpore relinquitur ex inuicem fieri.

**C** Concludit alterum dicens: quod si corpora simplicia non generantur ex non corpore: nec etiam ex alio corpore priori: sicut probatum est: nec aliquid ex seipso generari potest ut ex se manifestum est: relinquitur quod generantur ex se inuicem mutuo.

56. **T**ertius igitur considerandum quis modus eius que ex inuicem generationis: utrum ut Empedocles dicit et democritus: aut quicunque in superficies resoluuntur: aut est alius aliquis modus ab his.



**P**ostquam prius declarauit: quod elementa generantur ex se inuicem: hic ingrit quomodo: et quomodo modus sit generationis ipsorum ex inuicem. Et primo premitit intentionem suam: scilicet cum dicit. Qui quidem igitur. prosequitur. in prima igitur parte dicit quod quia corpora simplicia ex inuicem generantur: iterum restat considerandum: quomodo sit modus generationis ipsorum ex inuicem. Et quia diuersimode sunt opinati diuersi: ingrendum est utrum ex inuicem generentur per segregationem partium inexistitium: sicut anax. et empe. et democritus dixerunt: aut per resolutionem in figuras primas. sic plato et quidam alii dixerunt: aut est alius alius modus transmutationis in inuicem eorum. **C** Deinde cum dicit.

**C** Qui quidem igitur circa empedocle et democritum latent ipsi seipsum: neque generationes ex inuicem facientes: sed apparentem generationem. Intus existens enim unumquodque segregari inquitur tanquam vitis ex vase generatione existente: sed non ex quadam materia fieri transmutata.

**C** Prosequitur. Et primo ostendit quod non generantur ex inuicem per segregationem: sicut primi dixerunt. scilicet cum dicit. Relinquitur igitur quod non per transfigurationem. Quis autem sit verus modus generationis eorum ex inuicem apparebit ex lib. de generatione. Circa primum adducit rationes quatuor. scilicet quatuor potest cum dicit. Deinde tertia ibi. Adhuc autem mixtorum. quarta ibi. Necesse est. Circa primum est intelligendum: quod emp. posuit. quatuor corpora prima: ignem. aerem. aquam. et terram. et intransmutabilia secundum subiecta: diuisibilia tamen secundum quantitatem: et diuisa in partes paruas per aggregationem huius partium: secundum plus et minus constituit illud quod dicimus ignem aere et aqua et terram. Nihil enim sincere posuit talia: et ex illis per segregationem posuit generari ea que dicimus mixta. Democritus autem posuit corpora prima indiuisibilia: et ex ipsis per congregationem quandam primo generari quod dicimus ignem aere et aqua et terram. et ex istis per segregationem fieri ea que dicimus mixta. Anax. vero principia primorum posuit partes homogeneas infinitas existentes in unoquoque: et deinde per segregationes alia generari. Iste autem opiniones hoc habent commone: quod dicunt corpora generari per segregationem inexistitium. Et hoc Aris. sic dicit quod illi qui circa empe. anax. et democritum fuerunt. decipiunt seipsum: dicentes enim. corpora ex se inuicem generari per segregationem non ponunt generationem fieri secundum vitam sed secundum apparentiam tamen: generatio enim secundum vitam est per acquisitionem esse simpliciter in actu existente in potentia per transmutationem. Ipsi autem hoc non ponunt ponentes generationem fieri per segregationem inexistitium prius: ac si aliquid existens in vase per segregationem ex illo generaretur: et non per transmutationem ex ente in potentia: hec autem generatio non est secundum vitam: sed secundum apparentiam. Est enim deductio inexistitium de occulto in manifestum. generatio autem secundum vitam est acquisitio esse simpliciter per transmutationem. Male ergo posuerunt. Deinde cum dicit.

**C** Deinde et sic nihil minus irrationabilia que accidit: eadem enim magnitudo non videtur constrictione fieri grauior. Necesse autem hoc dicere dicentibus segregari aquam ex aere existentes: cum enim aqua ex aere fiat grauior est.

**C** Ponit secundam rationem dicens quod post hec dato quod generatio sit per segregationem: nihilominus accidit quedam inconuenientia. quod declarat primo accipiendo sicut manifestum ex se: quod eadem magnitudo vel idem corpus per congregationem vel commassationem per se non fit grauius. sicut vestimentum compressum non est grauius seipso expanso. Sed dicentibus aquam generari ex aere per segregationem accidit contrarium. Videmus enim omnem aquam segregatam ex ipso grauior

58.

57.

59.



uiorez esse q̄ esset totus aer ex quo generatur. ergo generatione aque fieri per solam segregationem inexistentius est impossibile. Si vero dicat̄ nō esse inconueniēs quod generat̄ ex alio esse graui⁹ illo: aer enī ex igne generatus grauior est: similr aqua ex aere ⁊ terra q̄ aqua. Et iteruz q̄q̄ videmus qd̄ generatū ex alio per cōmāssationē velocius mouet̄ deorsum: sicut aqua segregata ex vase lato velocius mouet̄ fm̄ se accepta q̄ cum ipso vase. Dicenduz est qd̄ aliud est aliqd̄ generari ex alio p̄ alterationē: ⁊ aliud p̄ segregationē. Qd̄. n. per alterationē generat̄ p̄existit ī potētia tm̄. Et ideo postq̄ generatū ē in actu est graui⁹ vel leui⁹ simplr vt̄ ⁊tingit. Qd̄ at̄ p̄ segregationē generat̄ solum: prius existerat in actu ī eo ex quo generabat̄. In exis autem ⁊ separatū nō est maioris virtutis s̄ q̄ h̄. q̄re nec grauius nec leuius. Sic autē dicebat̄ antiḡ fieri generationē: ⁊ sic p̄cedit Arist. 3. eos. Qd̄ aut̄ p̄ma p̄cedebat̄ p̄mo mō. nec o3 qd̄ si ex aliquo segregaret̄ aqua q̄ mouet̄ deorsuz veloci⁹ q̄ id ex quo segregat̄ qd̄ sit grauior p̄pter solam cōtitionē: ⁊tingit. n. q̄q̄ qd̄ corp⁹ ex quo segregat̄ aqua p̄ latitudinē figure v̄l aliqd̄ aliud supnatat: ⁊ qd̄ segregat̄: qz in minori q̄titate segregat̄ veloci⁹ mouet̄ nō h̄ūscandē latitudinē: latitudo. n. figure aliquā supnatate facit: vt̄ d̄nter dicitur in quarto. ⁊ inde secunda obiectio nō procedit. ¶ Deinde cum dicit.

60. ¶ Adhuc autē mixtorū corporū non necesse separatim alterūz semper ampliores locū optinere. Cum autē ex aqua aer fiat: maiorē occupat locū. Quod enī subtilissimarū partū in ampliori loco fit: manifestū autē hoc ⁊ in permutatione: vaporante enī ⁊ intumescēte h̄ūido rumpitur cōtinentia moles vasa propter coartationem. Quare siquidēz totaliter non est vacuū: neq̄ extēduntur corpora: quē admodū aiunt hoc dicentes: manifestuz quia impossibile. Si autē est vacuū ⁊ extensio irrationabile ex necessitate semper ampliorē locū occupare qd̄ separatur.

¶ Ponit tertiā rōnē accipiēs p̄mo sic manifestū qd̄ corp⁹ amixtuz aly p̄ segregationē ⁊ in exis in actu cū separatur nō optinet maiorē locū. Quoz. n. est eadē forma ⁊ eadē virtus oīno eoz ē idē locus. Nūc autē videm⁹ qd̄ cū ex aq̄ fiat aer qd̄ maiorē occupat locum: qz qd̄ est subtili⁹ ampliori idiget loco q̄ qd̄ ē grossius. Itēz manifestū ē hoc in alteratione quozūdā corporū. Musto. n. rarefacto per caliditatem ⁊ spumificatio q̄q̄ rumpit̄ vas cōtinēs: sic. n. subtiliatū q̄rit maiorē locū ⁊ nō inuenit. Sicut se h̄z in humidis vaporatibus ⁊ intumescētibz. Si autē simplr nō est vacuū sicut empe. ⁊ anax. posuerunt: ⁊ corpora q̄ fluunt ex aly nō extēdunt̄ sicut ipsi ponūt: manifestuz qd̄ impossibile est humida vaporatū intumescere ⁊ rumpere vasa. Si autē est vacuū sicut posuit democritus: ⁊ extēduntur corpora facta ex aly sequit̄ qd̄ corpus inexistentis aly actu per segregationē fiet amplius qd̄ est ⁊tra suppositio neq̄ acceptā: ⁊ p̄ter rōnē. ergo corpora non generant̄ ex inuicē p̄ solā segregationem. ¶ Deinde cum dicit.

60. ¶ Necesse autē ⁊ deficere eam que ex inuicēz generationem: siquidēz in magnitudine finita nō insunt infinita finita. Cuz enī ex terra aqua fiat: ablatū est aliquid terre: siquidēz segregatione generatio. Et iterū cuz ex derelicto similiter. Siquidem igitur semper hoc erit: acci-

det infinito infinita inesse. Quoniā autē hoc impossibile non vtrūq̄ semper fient ex inuicēz. Quod quidē igitur non erit segregationē que inuicē transitio dictū est.

¶ Ponit quartā rōnē dicēs: qd̄ si corpora ḡnant̄ ex inuicē per segregationē necesse erit tandē deficere generationē eoz ex inuicē: qd̄ p̄bat̄ p̄ rōnē quā ⁊tra anax. posuit in p̄phicoz: vbi ingrebat̄ p̄ncipia p̄ma trāsmutatōis corporū accipiēs p̄ncipiū: qd̄ ⁊ ibi accepit qd̄ in magnitudine finita nō sūt q̄tra īfinita eqlia s̄z magnitudinē. Infinita. n. q̄tra eqlia magnitudinē īfinitā ⁊stituūt: q̄ nō pōt̄ esse in magnitudine finita. q̄ īfinita equalia īfinita magnitudine nō erunt: quāuis in īfinitū vna magnitudo sit diuisibilis in p̄tes ineq̄les ⁊ eiusdem p̄portiois. Si igit̄ ex terra generet̄ aq̄ necessario segregabūt̄ aliq̄ p̄tes aq̄ finite ex ea. Et itēz ex residua terra si adhuc īsint aliq̄e p̄tes aque generabit̄ aqua: p̄ segregationē aliquaz p̄tū. Si igit̄ hoc p̄cedat in īfinitū sequet̄ qd̄ in terra exite finita erūt partes aq̄ īfinite fm̄ multitudinē. hoc autē est impossibile. q̄ aqua generari ex terra p̄ segregationē solā est impossibile. Sic igit̄ est manifestū: qd̄ elemēta ex se inuicē non generant̄ p̄ solā segregationē. ¶ Deinde cum dicit.

60. ¶ Relinquitur autē ad inuicē trāsmutantia fieri: hoc autē dupliciter: aut enīz trāsmutatione: quē admodū ex eadem cera fiet vtrūq̄ sphaera ⁊ circulus: aut resolutione ea que ad super fices: quē admodū quidā aiunt.

¶ Improbatur scđam opinionē q̄ posuit elemēta generari ex inuicē: fm̄ trāsmutatōez quādā. Et p̄mo p̄mittit diuersitatē istī opinōis. Scđo cū dicit. Si qd̄ igit̄ trāsmutatione: p̄sequit̄ iprobādo: p̄mo dicit: qd̄ oīso qd̄ elemēta ex inuicē nō generant̄ p̄ solam segregationē: relinquitur ingredū: vtrū generētur p̄ trāsmutationē eoz ad inuicēz. p̄ trāsmutationē autē ad inuicē pōt̄ itelligi ad p̄is duobz modis. vno mō p̄ trāsmutatōez: sicut si ex eadē cera nūc generet̄ sphaera ⁊ circulus: nūc pyramis. Alio mō p̄ resolutionē corporis corrupēdi ad superficies p̄mas ⁊ generationē alterius ex illis: sic qdā dicit. vt̄ plo. Si. n. sit alius modus generationis eoz ex inuicē p̄ trāsmutationē apparebit lib. de generatione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si qd̄ igitur trāsmutatōe fiunt: accidit ex necessitate indiuisibilia dicere corpora. Diuisibilibz. n. entibus nō erit ignis pars ignis: neq̄ terre terra p̄pter nō esse pyramidis partes semper pyramidē: neq̄ cubi cubū.

¶ Improbatur opinōes istas. Et p̄mo p̄mā. Scđo cū dicit. Si autē superficies. scđam. In p̄ dicit. si corpora p̄ma generentur ex inuicē: per trāsmutationē sequitur necessario qd̄ erit: ponere corpora indiuisibilia. Si. n. sint diuisibilia ⁊ determinēt̄ p̄ figuras sicut ponūt qdāz: sequet̄ qd̄ ps ignis nō erit ignis: neq̄ ps terre terra: qz ps pyramis nō est pyramis. Et sic ps figure se h̄z ad figuraz: ita ps corporis ad corpus: h̄ autē ē impossibile. q̄ ⁊ p̄mū. ¶ Et est aduertēdū qd̄ hoc rō p̄cedit ⁊ apparētiaz v̄boz platōis: nō forte ⁊ itentionē eius. Cū. n. diceret qd̄ elemēta ex inuicē generant̄ p̄ trāsmutationē m̄ae eoz ex vno in aliū: adducit exēplū de auro qd̄ trāsmutat̄ de vna figura in aliā: nō qd̄ intelligeret qd̄ trāsmutatio elemētoz ad inuicē esset sicut trāsmutatio auri a figura in figurā: qd̄ gr̄a exēplū adduxit: exēpla autē ponimus non vt̄ ita sic: sed vt̄ sentiat qui discit. Sed ne aliquis crederet: qd̄ plo intēderet sicut sonāt v̄ba. arguit Arist. 3. v̄ba magis q̄ ⁊ intentionē. ¶ Deinde cum dicit.



61. **C** Si autem superficialiter resolutione primis quidem inconueniens non omnia generare ex inuicem. Quod necesse dicere ipsis et dicunt: neque enim rationabile unum solum ex pers factum esse transmutationis: neque videtur secundum sensum: sed similiter omnia transmutare ad inuicem. Accidit autem de apparentibus dicentibus non confessis dicere apparentibus. Huius autem causa non bene sumere prima principia: sed omnia velle ad quasdam opiniones determinatas reducere. **O**portet autem forte sensibilia quidem sensibilia: sempiternorum autem sempiterna: corruptibilia autem corruptibilia esse principia. Totaliter autem omogenea supponantibus. Hi autem propter horum amorem idem facere videntur his qui positiones in sermonibus seruant. **O**mne enim sustinent accidens tanquam vera habentes principia tanquam nullum oppositum iudicare ex venientibus et maxime ex fine. Finis autem factive scientie opus: naturalis autem quod videtur semper principaliter secundum sensum.

**R**epröbat secundam opinionem quam posuit ex inuicem corpora generari per resolutionem ad figuras. Et primo facit hoc, secundo cum dicit. Totaliter autem temptare, ostendit quod corpora non determinantur figuris. Circa primum primo improbat opinionem quantum ad ea que dixit de terra, secundo cum dicit. Sed adhuc quantum ad ea que posuit de alijs tribus. Circa primum ponit rationes duas secundam cum dicit. Accidit autem ipsis. Circa primum est intelligendum quod plato inquirens in thymeo principia generationis corporum: dixit quod principia eorum que generantur ut subiectum est materia: ut ratio autem forme spes, propagines autem horum, scilicet materie et forme primo sunt terra et aqua: aer et ignis: generationem autem ex materia sic posuit supponens quod corpora resolvuntur ad superficies et determinantur per eas: non distinguens inter corpus simpliciter, et corpus de genere quantitatis de quo veritate habet: omnes autem superficies rectangule quibus ponit determinari elementa et que ex eis sunt resolvuntur in triangulos. Inter triangulos autem primi sunt qui habent unum angulum rectum: quod angulus rectus est prior quam acutus vel obtusus triangulorum autem habentium rectum angulum: unus est schalenon qui habet maius latus duplum ad minus. Alius autem est qui dicitur ysocheles qui angulum rectum habet: et est quarta pars quadrati: et tales quatuor iuncti constituunt tetragonum: et sex coniuncta sunt angulos, habentia autem angulos, scilicet constituunt cubum qui est elementum terre. Ex schalenon autem componitur pyramis qui est elementum ignis: et octocedron quod est elementum aeris: et ycocedron quod est elementum aque, pyramis enim ex quatuor ysocheleis componitur: octocedron autem ex octo ycocedron vero ex viginti. Et ideo tria elementa, scilicet aerem ignem et aquam posuit ex una figura prima, scilicet ex schalenon: terram autem solum ex quadam alia, scilicet ex ysochele, quare altera ad alteram non reducitur, et ideo transmutatione que est per resolutionem ad figuras non dixit ex terra alia generari: nec contrario: quod non coincident in figuris primis. **S**ed est intelligendum quod pro seculo secundum quod apparet ex dictis posuit omnium elementorum unam materiam primam, sicut Aris. et per resolutionem ad istam omnia ex inuicem fieri: materias autem propinquas: puta superficies aliam posuit terre: et aliam aliorum trium: sicut Aris. aliam materiam propinquam dixit esse flegmatis: et alias colere: et sic per resolutionem ad istas non dixit terram ex alijs

generari: nec econverso. primam transmutationem ex inuicem omittit Aris. et arguit contra seculam: ne aliquis intelligat philosophus tantum intellexisse de ista. dicit igitur quod si elementa generentur ex inuicem per resolutionem ad figuras primas. primum inconueniens quod sequitur est quod non omnia inuicem generabuntur: puta terra ex alijs tribus: nec econverso quod ysocheles eorum necesse se habet dicere. Et dicunt ponentes terram resolui in ysocheles: et alia tria in gradatibus que ad se inuicem non reducuntur nec ad aliam figuram prioram. hoc autem irrationabile est quod scilicet. unum solum, puta terra non transmutetur in aliam, et contra sensum. Videmus enim omnia inuicem transmutari: ex quo accidit eis aliud inconueniens quod loquentes de apparentibus et sensibilibus: non dicunt inconuenientia omnia illis: cuius causa est: quod non bene sumuntur principia prima: sed accipientes quasdam opiniones determinatas et preter rationem: puta quod numeri sunt subiecta entium et corpora determinantur superficialibus: vel aliquid huiusmodi reducunt omnia in ista sicut in casum. Nunc autem omnia principia sensibilia esse sensibilia: et sempiternorum sempiterna: et corruptibilia corruptibilia. dico autem propinqua: quod remota oportet esse insensibilia et incorruptibilia: et vltima principia propinqua esse omogenea principiatibus recte supponantibus. Hi vero propter amorem huiusmodi principiorum corruptorum tanquam nutriti in eis assimilantur his qui in disputationibus positiones falsas seruant. Isti enim omnia consequentia positionibus illis sustinet sicut principis positus, ac si vera essent: et non esse inconueniens aliqua dividere ex aliquibus posterioribus accidentibus: et maxime ex fine: ad quem omnia respicere sicut ad principium primum, est enim prima causarum, sicut autem finis scientie factive est operatio vel operatum: et extrinsece vestimentum ex quo alia iudicantur. Ita finis scientie naturalis est veritas et certitudo: in apparentibus per sensum: sicut finis spectatiue simpliciter est veritas simpliciter. Et ideo omnia in naturalibus iudicare ex his que apparent ad sensum: que cum predicta sint contra sensum, scilicet non omnia ex inuicem generari: sed quedam sic: et quedam non: manifestum est quod irrationalia erunt.

**D**einde cum dicit

Accidit autem ipsis maxime terram esse elementum et solum incorruptibile: siquidem indissolubile et incorruptibile est elementum. Terra enim sola indissolubilis in aliud corpus.

**P**onit secundam rationem dicens quod si ex terra alia non generatur, sequitur quod terra maxime erit elementum: et magis incorruptibilis. Si enim resoluaatur ad superficies aliquas primas: ex quibus non fiant alia corpora: manifestum est quod incorruptibilis erit saltem in alia corpora quod autem incorruptibile magis est habet naturam elementum primi: que terra maxime elementum erit et incorruptibilis hoc autem est inconueniens: quod et primum. Et est intelligendum quod cum terra sit unum elementum primum secundum rationem: et aliud remotum, et primum sicut materia prima: et spes in qua contingit ea resolui: et ex quibus generari si loquimur de resolutione eius simpliciter in materiam primam: sic ex ipsa generantur alia, et econverso: ut ad sensum apparet, et hac resolutionem omittit Aris. in istis duabus rationibus. Si autem loquamur de resolutione que est in figuras primas: quod prima figura in qua terra resoluitur: et prima in qua resolvuntur alia tria sunt diuerse: nec reducuntur ad inuicem: nec ad aliquam primam: sicut posuit philosophus ex terra non fieri alia, nec econverso: sicut flegma non fit ex colera nisi per reductionem ad materiam prioram. Aris. autem in istis duabus rationibus arguit, ac si sola vltima posuisset: ne aliqui intelligant hoc solum ipsum sensisse.

**D**einde cum dicit.

Sed adhuc nihil resoluentibus triangulorum pretermisio rationalis: accidit autem et hoc in ea que ad inuicem transmutatone propter ex inequalibus multitudie stare triangulis.



¶ Improbatur opinio predicta quantum ad ea que dixit d' alyis tribus: igne et aere et aqua. Et diuidit in partes tres secundum quod tres rationes adducit. Secundo cum dicit. Adhuc autem necesse. Tertia cum dicit. Adhuc autem necesse non est. In prima parte dicit quod adhuc ponentibus ignem aere et aquam generari ex inuicem per resolutionem ad triangulos irrationalis est premissio triangulorum quorundam: que accidit eis in transmutatione huius elementorum ad inuicem. quod huiusmodi corpora non ponuntur ex equalibus secundum numerum. Si enim aqua est ex viginti trigonis: aer autem ex octo: ut ipsi ponunt: si ex aliqua aqua tanta per dissolutionem generetur aer equalis: ipsa resoluta in viginti triangulos generabuntur due partes aeris equales: quare quilibet erit ex octo triangulis: et remanebunt .4. trianguli superflui. Similiter si ex aere aqua fiat resolutis tribus partibus aeris in viginti quatuor triangulos: generabitur una pars aque ex viginti: et quatuor erunt superflui. Non enim potest dici quod simul generentur ex aere aqua et ignis: vel ex aqua ignis et aer: ita quod ex quatuor qui videntur residui generentur ignis de necessitate. Non enim semper ex aere generatur ignis: sed aliquando aqua vel terra pura: puta cum corrumpitur a frigido grossante. Plato autem dicit secundum simpliciter aquam et ignem non simul generari ex aere: sed ex una parte aeris corrupta generari duas partes ignis. ex aqua autem una parte ignis: et duas aeris. et hoc veritate potest habere quandoque: quando aer vel aqua dissoluuntur per virtutem calidam: sed nunquam cum corrumpitur a frigido. ¶ Deinde cum dicit.

64. ¶ Adhuc autem necesse hoc dicitur corporibus ex non corpore facere generationes. Quia enim ex superficiebus fiat: non ex corpore erit factus.

¶ Ponit secundam rationem que communis est ad omnes ponentes corpora generari ex superficiebus dicens quod adhuc dicitur corpora generari per resolutionem in figuras: et vniuersaliter corpora ponuntur ex superficiebus: accidit corpus simpliciter generari ex non corpore omnino. cum enim superficies ex quibus dicitur ipsa generari: et in que resolui: non sint corpora: generabuntur simpliciter ex non corpore: quare erit ponere vacuum separatum: sicut tactus est prius. hoc autem est inconueniens. ergo et primum. ¶ Deinde cum dicit.

65. ¶ Adhuc autem necesse non omne corpus dicere diuisibile sed oppugnare certissimas scientias. Etenim intellectuale quidem diuisibile accipitur mathematice. Si autem neque sensibile omne suscipiunt propter velle saluare suppositionem. Necesse enim quicunque figuram faciunt vniuersumque elementorum: et hac determinat substantiam ipsorum: et diuisibilia facere ipsa: pyramide autem sphaera diuisa aliquo modo non erit quod relinquitur sphaera aut pyramis. Quare autem ignis pars non ignis: sed erit aliquid prius elemento propter omne esse aut elementum: aut ex elementis: aut non omne corpus diuisibile.

¶ Ponit tertiam que etiam communis est istis qui dicunt corpora determinari per figuras. Dicens quod adhuc si corpora determinantur per figuras et generantur ex inuicem per resolutionem necesse habet ponere non omne corpus diuisibile oppugnando disciplinas mathematicas: negando principia earum. et non huius scientie vel discipline supponunt corpus separatum per intellectum a sensibilibus diuisibile. Isti autem non omne sensibile ponunt esse diuisibile. quod voluit saluare hypothese perpositam. scilicet corpora determinari per figuras: necesse est autem ponentes simplicia corpora figurari et determinari subas eorum per figuras facere corpora diuisibilia: pyramide enim aut sphaera

diuisa aliquo modo non erunt partes que relinquuntur post diuisionem: sphaera aut pyramis. quod si partes ignis: aut celi que determinantur per istas similiter se habent ad ignem et celum: sicut partes pyramidis: aut sphaere ad sphaeram: et pyramidem: sequitur quod pars ignis aut celi non erit ignis aut celum. et erit aliquid corpus: puta pars ignis que non erit elementum: neque ex elementis: que sunt inconuenientia. Aut erit ponere aliquid corpus non diuisibile. hoc autem est inconueniens. ergo et primum. Ad hanc autem rationem obuiat proculus platonice dicens quod sic arguentes dicentes ignem esse pyramidem subalter non accipiunt hypothese secundum platonem. Plato enim non posuit ignem substantialiter esse pyramidem: sed pyramidem esse elementum ipsum. ponit enim ex pyramidibus insensibilibus. et quod diu ignis est in pyramides diuidit in ignes: sicut in partes. una autem pyramis ignis non est sed elementum ignis. et si diuidatur pars eius: neque elementum: neque ex elementis erit actus: sed potentia tantum.

66. ¶ Taliter autem tentare simplicia corpora figurare irrationabile est: primum quidem: quod accidit non repleti totum. In planis quidem. non tres figure videntur implere locum trigonum et tetragonum et exagonum. In solidis autem duo solum pyramis et cubus. Necesse autem plura horum sumere propter plura elementa facere.

¶ Ostendit philosophus ostendit elementa non generari ex inuicem secundum modum antiquorum: quorum quidam posuerunt corpora determinari per figuras: redit ad improbandum hoc primo. Secundo cum dicit. Quod quidem igitur. recapitulat. primum autem improbat. primo per rationes sumptas ex natura loci et generationis corporum. Secundo cum dicit. Sed adhuc neque et passiones et virtutes per rationes sumptas ex virtutibus et passionibus ipsorum. Circa primum ponit rationes tres. Secundo cum dicit. Deinde videtur. Tertia cum dicit. Adhuc autem qualiter. In prima parte est intelligendum quod quidam antiquorum ponentes corpora quatuor prima: celum: ignem: aerem: aquam et terram: posuerunt ea determinari per .5. figuras primas solidas: celum sphaera: ignem pyramide: aerem: octoedron. Aquam ycoedron: terram cubo: et ipsa sic figurata ponere mundum. et ipsa ponuntur ex huius figuris inexistentibus: sicut celum ex sphaera: ignem ex pyramide. et sic d' alyis: ita quod huius figure essent elementa partium corporum. De igitur quod irrationabile et inconueniens est tentare corpora simplicia figurare et ponere ex figuris. Primo quidem quod si figuratur predictis figuris: et ponuntur ex eis: accidit poni vacuum: quod impossibile est: nec etiam ipsi ponunt: quoniam autem probat. quoniam si predicta corpora figuratur predictis figuris: et ponuntur ex eis: accidit totum spacium esse signum unum non repleti: vel in positione vniuersumque ipsorum ex figuris propriis: vel totius mundi ex ipsis. Inter figuras enim superficiales sunt tres tantum que applicate secundum angulos earum replent locum superficialiter. scilicet trigonus tetragonus. et exagonus. In corporalibus autem sunt due tantum. scilicet pyramis et cubus: ut declarabitur. De necessitate autem sunt plures figure. quod elementa plura: puta sphaera ycoedron et octoedron. Si igitur ignis ponatur ex pyramidebus. et terra ex cubis: sicut ponunt: iterum in ipsis nihil relinquitur vacuum. Iste enim figure locus repletur. Si autem aer componatur ex octoedron: aqua ex ycoedron erit aliquid interius vacuum in ipsis. Ista enim totum locum non repletur applicata. Si autem elementa his figuris figuratur. et ponatur mundum sic figurata: sequitur quod erit in mundo ponere vacuum separatum: quod erat probandum. hoc autem est inconueniens. ergo et primum. Ad hanc autem rationem proculus dicit quod et sic figurata secus inuicem posita quantum est de se non repleta totum locum: compelluntur subtiliora subintrare



re in loca grossiorum: pulsa autem et ingredientia implent quod deficit. Sed manifestus est quod hoc est irrationabile. loca enim naturalia corporum simpliciter distincta sunt naturaliter: et loci naturalis unius est propter naturam alterius: quare si unum elementorum ingrediat locum alterius: et proportionat ipsum: hoc erit ei propter naturam. Nullum autem propter naturam sempiternum est: quare continget aliquando non repleti totum. Et iteque si corpora subtiliora propelluntur subintrare locum aliorum: et naturam eorum oportebit esse aliam quod impellens per violentiam. Nunc autem nullum tale videmus. Non enim videtur quod celum moueat etiam naturam: sed naturaliter alterando: vel motu locali: quo quidam eorum circumferuntur. **¶** Ad eundem autem rationis predictae: oportet primo videre quod est figura repleti locum. primo in superficialibus. deinde autem in solidis: postquam figure superficiales replent ipsum: et quasi ipse est replere. Ultimo quod figure corporales possunt hoc facere: et quod non possunt. **¶** Ad primum igitur omnium quod locum replere superficialiter a figura est: totum spacium: quod est circa punctum unum occupare: ita quod non permittat aliquid vacuum circa ipsum non repletum aliquam figuram: vel parte ipsius. locum autem replere corporaliter est totum spacium quod est circa punctum unum occupare corporaliter. Et quod corpus habet tres dimensiones: longitudinem: latitudinem: et profundum: manifestum est quod replere locum corporaliter est totum spacium: quod est circa punctum unum occupare secundum longitudinem: latitudinem: et profundum: ex quo manifestum est quod corpora quae applicata circa punctum unum occupant totum spacium secundum longum circa ipsum: et latum. non autem secundum profundum: aut e contrario: aut vel non habet unam dimensionem non replent locum corporaliter: et sic appetuntur. **¶** Ad eundem autem scilicet est intelligendum quod totum spacium quod est circa punctum unum est quatuor anguli recti vel equales eis: quod apparet ex istis primis euclidis quod proponit: quod si linea recta super rectam stans angulos faciat: aut faciet duos rectos: aut equales duobus rectis. Si enim pertrahatur linea stans super rectam in continuo secundo rectam sicut ex alia parte faciet duos angulos equales duobus rectis: eadem enim ratio est quare totum spacium circa unum punctum est quatuor recti: vel valet quatuor rectos: quocumque enim linee pertrahantur circa ipsum nihil addunt nec etiam minuunt ad quatuor. Item omnis figura polygonia angulos tot rectis equales habet: quantum est numerus angulorum suorum duplicatus subtractis quatuor: sicut apparet ex corollario quod datur educto extrinseco. scilicet primo geometriae a quibusdam. Si igitur replere locum superficialiter est totum spacium circa punctum unum occupare: totum autem spacium circa punctum unum valet quatuor rectos: sicut dictum est: manifestum est quod figure: quae anguli applicati valent quatuor rectos: replent locum superficialiter: talis autem est tetragonus: quatuor enim anguli tetragoni applicati circa punctum unum replent locum superficialiter. Item sex anguli trianguli eglateri valent quatuor rectos: tres enim anguli trianguli eglateri valent duos rectos: quod unum valet duas tertias unius. Sex igitur valent duodecim tertias rectorum. Duodecim autem tertie rectorum valent quatuor rectos. Si igitur sex trigoni eglateri applicentur ad punctum unum replebunt totum spacium quod est circa ipsum: quod replent locum superficialiter. Eadem autem est ratio de triangulis rectangulis quatuor applicatis habet angulos rectos: ut ex se manifestum est: quantum ad repletionem loci. Anguli autem omnes exagoni valent octo rectos: per se habet propositionem acceptam primo: quare quilibet ipsorum valet unum rectum: et tertia unius recti: quare tres aggregati valent tres rectos et tres tertias unius recti que faciunt unum rectum: quare tres anguli eglateri simpliciter valent quatuor rectos. tres igitur exagoni applicati secundum angulos replent locum superficialiter. Nulla autem alia figura superficialis potest ipsum replere. quod anguli ipsorum quocumque sumantur simul aut minus: aut plus erunt quam quatuor recti: sicut apparet de pentagono eglatero: cuius anguli simul sumpti valent sex rectos: quare unum secundum se valet unum rectum: et quinta unius recti. Si igitur accipiantur pauciores quam quatuor: puta tres: valebunt tres rectos: et tres unius recti: quod sunt minus quatuor rectis. Si autem accipiantur quatuor: valebunt quatuor rectos: et quarta: quod sunt plus: quatuor rectis: multo autem

magis si accipiatur plures quatuor: quare si in quocumque numero accipiatur anguli pentagoni non valebunt precise quatuor rectos: eadem enim ratio est et de alijs figuris: puta septigona octigona et sequentibus. Apparet igitur quod in figuris superficialibus sunt tres tantum replentes locum superficialiter: scilicet trigonum tetragonum et hexagonum. De solidis autem est intelligendum quod replere locum corporaliter est replere totum spacium circa punctum unum scilicet longum latum et profundum: totum autem spacium circa punctum unum corporaliter est equale octo angulis cubicis rectis: omnis autem figura solida: cuius anguli aliquot valent octo angulos cubicos replet locum corporaliter: talis autem est cubus: et ideo cubus est de replentibus locum corporaliter: unde si accipiantur octo cubi: et applicentur ad punctum unum: replebunt totum locum circa ipsum corporaliter. Pyramis autem quidam est quod habet unum angulum solidum rectum. Alia autem quod habet omnes quatuor equales: et uniusquodque minor est recto. De pyramide igitur quod habet unum angulum solidum rectum manifestum est quod replet locum sicut et cubus. Si enim applicentur octo pyramides rectangule secundum angulum rectum circa punctum unum replebunt totum spacium circa ipsum: sunt enim equales octo habet anguli octo angulis cubicis: et hoc modo verum est dicere quod pyramis non est aliud quam cubus. Et sicut quae rationem habet triangulus rectangulus in superficialibus: eadem habet huiusmodi pyramis: hoc autem quod dictum est de pyramide de repletionem loci manifestum potest esse ad sensum. Si enim aliquis coniunxerit octo rectangulos ad punctum unum apparebit quod replebunt spacium circa ipsum. De pyramide autem eglatera dicit auerrois quod replet locum. Si enim accipiatur duodecim tales habentes angulos equales et applicentur ad punctum unum replebunt totum spacium circa ipsum: quod potest per duo ponit. enim quod angulus pyramis solidus est ex duobus rectis: quia consistunt ex tribus superficialibus quod valent duos rectos: et angulus cubici ex tribus: per quod tres anguli pyramidis erunt equales duobus angulis cubicis: cum sint equales sex angulis superficialibus rectis: et per omnes sex anguli pyramidis erunt equales quatuor cubicis: et duodecim octo. Adhuc quod est proportio anguli trianguli ad quatuor in planis: eadem est anguli pyramidis ad aliquot angulos rectos cubicos. Si igitur aliquot anguli trianguli valent quatuor angulos in planis: et per hoc impletur locum: videbitur quod aliquot anguli pyramidis replent locum superficialiter: siquidem aliquot valeant quatuor angulos cubicos. Sed istud videtur dicere sensui et rationi. Sensui quidem quod si accipiatur sex pyramides eglaterae: et applicentur secundum sex angulos circa punctum unum: ad sensum apparebit eas non replere locum corporaliter: et hoc ad sensum expertus suus. Ratio vero quod figure nulle: quae non occupant totum spacium circa punctum: secundum longum latum et profundum: replent locum corporaliter: hoc enim dicebat philosophus esse replere locum corporaliter: unum si aliquid replent spacium habet longum et latum: non autem habet profundum: non replent locum corporaliter: superficialiter autem e contrario. Sed si duodecim pyramides eglaterae applicentur circa punctum unum quantumlibet: non occupant totum spacium circa ipsum secundum longum latum et profundum: quantum contingit se in extremitate angulorum suorum tantum: et non secundum lineam rectam a puncto dato orthogonaliter: per quam quod linea signatur aliquid dimensio: quare non replent totum spacium secundum unam dimensionem: non igitur replent locum corporaliter. Et quod auerrois dicit quod angulus pyramidalis solidus est equalis duobus rectis superficialibus non est intelligibile: omnes enim magnitudines equales esse eiusdem rationis: unum linea non est equalis superficie: nec aliquid istorum corporum: angulus vero pyramidalis: et angulus superficialis eiusdem rationis non sunt: quod iste corporaliter est: ille vero superficialiter: quare non sunt equales adinuicem: nec iste proponitur ex illis siquidem corpus ex superficialibus non proponatur. **¶** Si angulus pyramidalis est duo recti superficiales: tunc proponeretur ex eis: quare et pyramis ex superficialibus triangulis: eadem enim est ratio: hoc autem est falsum: et contra Aristotelem: ex intentione qui vult corpora non componi ex superficialibus: et contra ipsum contra



metatozem. ergo et p̄mū. Quod autē dicit plato quod sicut angulus trigoni equilateri se habet ad angulum rectum in planis. ita angulus pyramidis ad angulum cubi. omnino quod non est verum in replendo locum: aut forte non simpliciter verum. Cuius ratio apparet ex dictis. et iteque si verum esset: eadem ratio poteret concludi quod sicut aliqui anguli exagoni replent locum superficialiter. quod valet. 4. rectos superficiales. ita aliquot anguli octocedron replent locum corporaliter. quod nec Ari. vult: nec est ipse commentator. Alie autem figure corporales. puta octocedron duodecedron et ycocedron non replent locum corporaliter. cuius rationem aliquam commentator auerroys videtur ponere: que vtrum valeat diligenti inquisitori relinquam.

Consequenter cum dicit.

65. **C** Deinde videntur omnia quidem simplicia  
67. corpora figurata continente loco: maxime autem aqua et aer: propterea quidem igitur elementum corpus impossibile. Non enim utique assequeretur vbius continentis totum. Sed adhuc si transportionetur: non amplius erit aqua: si figura differebant. Itaque manifestum: quoniam non sunt determinate figure ipsorum. Sed videtur natura ipsorum hoc significare nobis: quod et secundum rationem est. Quemadmodum enim et in alijs sine specie et informe oportet subiectum esse. Maxime enim vnicuique sic poterit adaptari: quemadmodum in Thimeo scriptum est: omne recipiens sic et elementa oportet putare quemadmodum materiam esse compositis: propter quod et possunt transmutari ad invicem separatis his que secundum passiones differentijs.

Conponit scdam rationem dicens quod post hoc omnia corpora simplicia videntur figurata secundum figuram corporis continentis. Inter ipsa autem aer et aqua magis manifeste. quia sunt humidum et humidum male terminabile est termino proprio: non alie no. Similiter autem est de terra et igne secundum rem: propter quod manifestum est quod corpus elementum impossibile est habere figuram propriam. Si. n. dicas quod imo hanc figuram propriam salvatam in loco: manifestum est quod non assequitur figuram continentis. Si vero propter hoc dicat quod existetia in loco transformantur a figuris foris: sequitur quod non remanebunt subalter. hoc quod aer: hoc autem aqua si verum est quod subalter sunt per figuras. Sed hoc est irrationabile: propter quod manifestum est quod non sunt ipsorum figure determinate essentialiter. Sed naturalis dispositio ipsorum videtur signare nobis quod irrationabile est per ifigurationem in actu. Sicut. n. in alijs subiectis est quod hanc rationem materie. et est sine specie et forma. quia receptivum debet esse denudatum a natura recepti. et est ut species imprimendas in ipso non male exprimat: sicut scriptum est in thimeo. Sic elementa oportet putare: sicut materiam in potentia ad formas subales mixtorum et figuras eorum. ita quod nullam ipsarum habeant in actu: sed omnes in potentia. et propter hoc possunt transmutari in mixta separatis differentijs que sunt secundum passiones. hoc est formis substantialibus quas per se consequuntur passiones. Proculus autem dicit ad hanc rationem quod elementa secundum totalitates suas accepta non sunt figurata per se. quia non possunt retinere nec abijcere: sicut probat ratio: sed partes ipsorum ex quibus sunt ut pyramides: vel sphaera: vel huiusmodi: sed figuratur figura corporis celestis: sicut multa alia habet: ut motum circularē. et hanc ex pingtate ad ipsum. Sed manifestum est quod illud non valet quoniam in his que sunt eiusdem nature secundum speciem eadem est per se dispositio partis et totius. hanc autem corpora nos videmus esse eiusdem nature: in toto et in parte: omnimoda. n.

sunt: que si partes ipsorum sunt figurate per se et tota elementa: et si non tota nec partes. Deinde cum dicit.

**C** Adhuc autem qualiter contingit fieri carnem  
et os aut quodcumque corpus continuosum. Neque enim ex ipsis elementis contingit propter non fieri continuosum ex compositione. Neque ex superficiebus compositis: elementa enim generantur compositione: et non que ex elementis. Quare si quis certe loqui voluerit et non ex transumptione rationes suscipere elementis: ipsos auferentes videbit generationem ex entibus.

Conponit tertiam rationem dicens quod adhuc si elementa determinantur figuris non contingit per ipsorum aggregationem fieri carnem: aut quodcumque aliud corpus continuum et omnimodum. non enim possunt generari ex ipsis elementis. quia hanc corpora. scilicet caro et os. et similia continentates habent in partibus suis. et ideo non generantur per aggregationem illorum que non possunt facere aliquid continuum. elementa autem si sunt figurata diversis figuris et remaneant salvata non possunt facere aliquid continuum. quod non generantur ex elementis: nec est ex superficiebus. elementa enim puta aer et aqua hanc generantur ex ipsis. et non composita: nullo igitur modo generantur. Si igitur aliquis voluerit loqui per veritates: et suscipere sermones eorum de elemento: videbit quod auferunt generationem compositorum ab entibus. Sed proculus dicit ad hoc quod generatio carnis et ossis fit ex partibus elementorum diversis. scilicet ignis aeris: aque et terre: quare quidam sunt subtiliores alijs. et huiusmodi subtiliores replent locum subintrantes. Quod non valet: quoniam si partes elementorum subtiliores subintrantes. alias replent vacuitates interceptas: sequetur quod non retinetur figuram propriam: que nec nascitur: quod est contra ipsum qui posuit partes elementorum determinari figuris. Deinde cum dicit.

**C** Sed adhuc et ad passiones et virtutes et motus incongrue figure corporibus. Ad que maxime respicientes sic distribuerunt: puta quoniam ignis facile mobilis est et calefactivus et incensivus. Hi quidem fecerunt ipsum sphaeram. Hi autem pyramidem. Hec enim maxime facile mobilia quidem propter minima tangere: et nequaquam firmiter iacere: maxime autem calefactiva et incensiva: quia hoc quidem totum est angulus: hoc autem acutissimi anguli. Incendit autem et calefacit angulus: ut aiunt.

Ostendit quod non est necesse elementa esse figurata propter principia et causas que posuerunt. Et primo permittit intentionem suam. Secundo cum dicit: primo quod igitur. prosequitur. In prima parte dicit quod figure quibus dicit determinari corpora prima non conveniunt virtutibus et passionibus et motibus ad que inspicientes dixerunt ea figurari sic. et intendit per virtutes principia motus localis: sicut gravitatem aut levitatem: per passiones autem qualitates sensibiles: puta calidum et frigidum: quibus patiuntur et agunt: per motum autem operationes consequentes: vel per passiones formas et qualitates intelligit secundum se: per virtutes autem ipsas easdem ut sunt principium motus et operationis: per motum idem quod prius: vel per virtutes intendit qualitates et formas secundum quod sunt principia per motum: motus locales: per passiones alterationem. Et quia ignis bene mobilis est: et calefacit et incendit. Alii dederunt sibi figuram sphericam. sicut democritus. Alii autem naturam pyramidis: sicut plato. he autem figure sunt maxime mobiles: sphaera quidem. quia tangit



planū in puncto. & pyramis. qz pp acutiem anguli mini-  
mū locū occupat. nec possūt firmiter gescere. & maxime  
calefaciunt & icendunt. quia spera tota est angulus. quia  
tota est circumflexa: pyramis autem habet angulum acu-  
tissimum. Angulus autem virtutem calefaciēdi & incen-  
dēdi habet. ¶ Deinde cum dicit.

70.



**R**imus quidem igitur secundū mo-  
tum vtriqz peccauerunt. Si enim  
& sunt maxime facile mobilia hec fi-  
gurarum: sed non ignis motu bene  
mobilia. Ignis quidē. n. sursus & scdm rectū:  
hec aut facile mobilia eo q vocat volutatio.

¶ Prosequitur. & pmo ostēdit q nō est necesse elemēta  
determinari figuris datis: ppter motum localem. Scdo  
cum dicit. Adhuc autem. Qz nec ppter passiones hoc est  
alterationes. 3. cum dicit. Adhuc autem qm calidum. Qz  
nec ppter virtutes. Circa pimum pmo ostēdit q non est  
necesse elemēta sic figurari ppter motum. 2. cum dicit.  
Deinde si est terra. Qz nec ppter quietem. & pcedūt plu-  
res istarum rōnum de igne: s; eadez rō est de alijs. Dicit  
igit pmo q dicētes ignē determinari pyramide: vel spa-  
pp motū: peccauerūt. p. Qz nō. n. h; figur bñ sint disposi-  
te ad motū: & bene mobiles: nō tñ sūt bñ mobiles motu  
ignis: ignis. n. mouet motu nāli s; rectus sursus. h; at fi-  
gure bene mobiles sunt motu volutatiois: vel circungi-  
rationis: qre h; figure nō sūt attribuēde ipsi igni pp mo-  
tū ppiū. ¶ Cōsequēter cum dicit.

71.

**B**einde si est terra cubus propter firmiter  
iacere & manere: manet at nō vbiqz: sed in sui  
ipsius loco ex aliquo vt fertur nō prohibita: &  
ignis aut & alia similiter: palaz qa ignis & vnū  
quodqz elementorū in alieno quidē loco spe-  
ra ē aut pyramis: in pprio aut cubus.

¶ Arguit idem de gete dicens q si terra est cubice figu-  
re. qz figura ista aptior est ad getem pp dilatationez: ter-  
ra autem nō quiescit vbiqz: sed in loco suo nāli: ex alieno  
aut si nō phibeat mouet ad ipm. similr ignis & alia ele-  
mēta gescunt in suis locis nālibus: & ex alienis mouētur  
ad ipsa. Manifestus est q ignis & alia elementa in locis  
alienis erūt sperice vel pyramidalis figure. In pprio au-  
tez cubice. hoc aut est iconueniēs. ergo & pmiū. ¶ Ad qd  
respōdet pculus q quis ignis & alia elemēta fm se tota  
gescant in locis suis naturalibus: tamen partes iporū ex  
qbus sponūtur fm quātitatē mouent & fluctuāt sicut in  
toto igne gescēte pyramides: ex qb; cōponit mouēt. S; hoc  
irrōnabile est: quoniā omnium corporū: quorum est  
vna natura est vnus locus naturalis: locus. n. per se sequi-  
tur nās. s; partes elemētoz qstiatue: & ipsa elemēta s; z  
totalitates suas vnus nāe sunt. ergo ipsoz est vnus loc;  
naturalis. Si ergo omnia corpora naturaliter gescunt in  
suis locis: sequitur q elementa fm se tota & scdm partes  
gescunt in suis locis naturalibus nisi per violētiā depel-  
lātur: q nec est phibitum in toto: sicut nec in partib; q;  
tum est ex nā sua. ¶ Deinde cū dicit.

72.

**A**dhuc aut si calefacit & ardet ignis ppter  
angulos: omnia erunt elementa calefactiua:  
magis aut forte alterum altero. Omnia. n. ha-  
bent angulos: puta & q octo basiūz & q duo-  
deciz basiūz & pyramis. Democrito aut & spa-  
& angulus quidez ens ardet. Quare different  
eo q magis & minus. Hoc autem quod erit

falsum manifestum.

¶ Ostēdit q nō est necessarium ea determinari figuris  
p alternationes: seu operationes. & ad hoc adducit rōnes  
4. Scdam cū dicit. Simul aut. Tertiam. Adhuc si qd ar-  
det. Quartam. Adhuc aut risibile. In pma parte dicit. si  
ignis calefacit ppter angulos. & angulus calefactiū est:  
sequitur q oia elemēta calefaciēt. omnia. n. determinātur  
figuris angularib;: puta pyramide cubo octocedro duo-  
decedron & ycocedron. Democritus etiam dicit q spera  
qz tota est angulus calefacit. qre oia calefaciēt dicta fm  
magis & minus. hoc autē manifeste falsus est. g. & pmiū.  
S; nec videt valere qd dicit pculus ingens q ignis nō  
calefacit ppter angulum: s; ppter acuitatē ipsius q faci-  
liter penetrat: & celeriter mouet. quia si ignis ppter angu-  
lū acutū: fm q acutū est calefacit: & acutus est minor re-  
cto: sequit q corpus cui attribuit figura habēs angulos  
obtusos maiores recto frigefaceret nāliter. hoc autē est  
aer cui attribuit octocedron: cui vnuquisqz angulus  
maior est recto: & obtusus. hoc aut est iconueniens. g. et di-  
ctum pculi. ¶ Deinde cū dicit.

**S**imul aut accidet & mathematica corpo-  
ra ardere & calefacere. Habent. n. & illa angu-  
los: & isunt in ipsis indiuisibilia & spera & pyra-  
mides: quāuis & si sunt indiuisibilia magnitu-  
dine: si at hec qdē: hec at nō dicēdū differētiā:  
sed nō simpliciter sic dicēdū: vt dicunt.

¶ Ponit scdaz rōne dicēs. si ignis ppter angulos calefa-  
cit: sequit mathematica corpora calefacere. qz mathema-  
tica corpora angulos habent. & sunt in ipsis spera & pyra-  
mides indiuisibiles. hoc est nō diuise i pres files toti: quā-  
uis et sint indiuisibiles fm magnitudinē fm opinionē de-  
mocriti. hoc aut falsum est. ergo & pmiū. Si aut corpora  
nālia calefaciūt: mathematica vō nō: assignanda esset rō  
istius differētie: & nō eēt dicēdum vt dicunt simplr. Pro-  
culus aut rōnem hāc assignat differētie dicēs q corpora  
nālia ppter angulum pmo nō calefaciūt: s; ppter acumē  
& subtilitatem & materialitatem: mathematica aut nō pro-  
pter oppositas dispōnes. S; manifestū ē q acumē & sub-  
tilitas angli eqr est i corpe nāli: & i corpe mathematico:  
qre si ppter acumē & subtilitatem per se calefacerēt na-  
turalia: manifestum est q & mathematica. Cum igit ma-  
thematica ppter hoc nō calefaciāt: manifestū est q nec  
naturalia: quare manifestum est q naturalia calefaciēt  
qz materialia. nō igit ppter formas suas. qz pp ipsas nō  
sunt materialia. quare dictum suum preter rationem vi-  
detur. ¶ Deinde cum dicit.

**A**dhuc si qd ardet: igitur: ignis autē est  
spera aut pyramis: necesse qd ardet fieri spe-  
ram aut pyramidē: incidere quidē igitur & di-  
uidere sic vt & secundū rationē accidens figu-  
re. Ex necessitate aut pyramidem facere pyra-  
mides: aut speram speras penitus irrationabi-  
le & simile: quēadmodū si quis dignificet gla-  
diū in gladios diuidi: aut ferrā in ferras.

¶ Ponit tertiam rōnem dicēs: omne qd ardet & icendit  
fm q h; ignis fit. Si igit ignis est determinatus spera vt  
pyramide per diuisionē ignis: ignis & ardet: necesse est q  
ardet & icendit p diuisionē fieri sperā vel pyramidez: hoc  
aut iconueniens est. Incēdere. n. & diuidere figurā puenit  
rōnabilr vbi puenit ipsi figure: sic qdē in figuras similes  
nūc aut in dissimiles: de necessitate vō ipsam diuidi in si-  
miles: vt speram per diuisionez facere speras: & pyrami-

70.  
74.

70.  
75.



dem pyramides: oīo est irrōnabile. et sic ac si aliq̄ acci-  
peret: sicut dignitatē gladium p̄ diuisionē sui facere gla-  
dios. et ferrā ferras. q̄ et p̄mū est icōueniēs. Dicit aut̄ p̄cu-  
lus q̄ nō ē sile d̄ igne et gladio. Ignis. n. diuidēdo igniēs  
trāsmutat adustū in subam suā. gladi⁹ aut̄ diuidēdo non  
trāsmutat subam diuisi s̄m q̄ h̄: s̄ diuidit q̄ritatez. gla-  
dius. n. s̄m subam suā nō h̄: h̄c figurā: puta acutā: sicut  
ignis. S̄ hoc nō videt̄ s̄m rōnē dictū. Quāuis. n. gladi⁹  
s̄m q̄ est q̄ddam ens nāle nō determinet̄ p̄ figurā angu-  
larē: t̄n̄ s̄ q̄ gladi⁹ ē determinat̄ p̄ eā: sicut ignis s̄ plato-  
nē. q̄ si ignis agens p̄ h̄ figurā facit ignem videtur: q̄ et  
gladius sc̄dm q̄ gladi⁹ est agar. ¶ Deinde cum dicit.

74. **¶** Adhuc aut̄ risibile ad diuidere solū reddere  
figurā igni: videt̄. n. magis cōgregare et ad cō-  
tinuare q̄ disgregare. Segregat quidez enim  
q̄ non eiusdē trib⁹. Congregat aut̄ que eiusdēz  
trib⁹: et cōgregatio q̄dez per se est. Continua-  
re. n. et vnire. Segregatio aut̄ per accidens.  
Congregans enim omofilon separat alienuz.  
Itaq̄ aut̄ ambo oportebat reddere: aut ma-  
gis ad congregare.

¶ Ponit quartā rōnē dicēs q̄ ridiculū videt̄ assignare  
figurā igni p̄ diuidere et segregare. Luz. n. ignis cōgregat  
et segregat eēntialius est ei cōgregare q̄ segregare. segre-  
gat q̄dē etherogenea q̄ nō sunt eiusdē trib⁹. i. eiusdem na-  
ture. cōgregat aut̄ ea que sunt eiusdē trib⁹. i. eiusdem nāe.  
Si. n. fiat aliqua massa ex auro: argento: et cre: et ponat̄ ad  
ignēz virtute ignis liquefaciētis cōgregabūtur partes au-  
ri ad seinuicē: et argenti ad seinuicem. et sic de alijs. conti-  
nuare enim et vnire inest ei per se: segregare autēz per ac-  
cidens: quoniam ignis agens per formam suā trāsmutat  
illud in quod agit in naturā suā ex potētia ente contermi-  
nans et vniēs illud: quasi cōgregādo omophylon. i. ea que  
sunt vnius amoris: vel nature: et separās alienuz. ergo rō-  
nabile erat: aut dare figurā igni p̄ueniētē ad ambo: pu-  
ta cōgregare et disgregare: aut magis ad cōgregare. q̄ eēn-  
tialius iest ei: hoc aut̄ nō fecerūt. q̄ male. ¶ Proculus at̄  
dicit contrarium hui⁹. i. q̄ igni eēntialius iest diuidere et se-  
gregare q̄ terminare et vnire. S̄ hoc nō videt̄ quoniā:  
q̄ncūq̄ alicui enti p̄ formā attribuūtur duo: puta ḡnatio  
et corruptio: eēntialius attribuit̄ ei ḡnatio q̄ corruptio. q̄  
ḡnatio est de rōne entis ad q̄d est: corruptio aut̄ de rōne  
nō entis. forma autem aut simplr aut magis p̄ncipiū est  
entis q̄ non entis: sicut. n. forma est qua aliqd est ens: ita  
forma est qua aliqd agit aliqd ens: sed terminatio et vni-  
tio sunt ḡnatio q̄daz: segregatio et diuisio corruptio: q̄re si  
vtrūq̄z attribuāt igni p̄ formā eēntialius attribuēt sibi  
terminatio v̄ vnitio. ¶ Deinde cum dicit.

75. **¶** Adhuc aut̄ quoniā calidū et frigidū contra-  
ria virtute impossibile reddere frigidū figuraz.  
Oportet. n. contrariū esse q̄d assignat̄. Nihil  
aut̄ contrariū est figure propter q̄d et oēs dere-  
liquerūt hoc: et tamen conueniēbat aut omnia  
coaptare figuris: aut nullum.

¶ Ostēdit q̄ nō est necesse elemēta terminari figura ta-  
li p̄pter virtutem: puta ignē eē pyramidem: aut speram  
p̄pter necessitatem calefaciēdi. Et p̄mo ponit rōnem ad  
hoc. Sc̄do cum dicit. Quidaz aut̄ de virtute ipsius. Re-  
probat quoddā dictū platonis tra rōnem p̄dictam. In  
p̄ma parte dicit q̄ adhuc si calidū et frigidū adinuicē  
sūt contraria: vt manifestū est et calidū sit determinatū aliq̄  
figura: puta spa vel pyramide: impossibile erit frigidū attri-  
buere aliq̄ figurā. o. n. sibi attribui figurā triam figure

calidi: nūc at̄ nō est aliqua talis: qm̄ figure nihil est triū.  
q̄ nō possunt ei attribuere aliq̄ figurā. Et p̄ hoc oēs de-  
reliquerūt ei attribuere ipaz. et t̄n̄ cōueniēs erat: aut oib⁹  
attribuere figurā: aut nulli. ¶ Deinde cum dicit.

76. **¶** Quidā aut̄ de virtute ipsi⁹ tentātes dicere:  
contraria dicūt ipsi sibi ipsis. Aiunt. n. esse fri-  
gidū magnaz p̄tū p̄ constringere et nō p̄tran-  
sire p̄ poros. Manifestū igit̄ quoniā et calidū  
vtrūq̄z erit p̄trāsies. Tale aut̄ semp̄ subtilium  
p̄tū. Itaq̄ accidit p̄tate et magnitudine dif-  
ferre calidū et frigidū: sed non figuris. Adhuc  
aut̄ si inequales pyramides magne vtrūq̄z erūt  
non ignis. Itaq̄ causa figura eius quod est ar-  
dere sed contrariū.

¶ Remouet q̄ddā dictū plonis ad rōnē p̄dictā. dixit. n.  
plō q̄ frigidū p̄ grossiciē p̄tū p̄primere h̄z: p̄ q̄d attri-  
buit̄ sibi figura: cui⁹ ē p̄primere: puta q̄ obtusi anguli. hoc  
remouēs dicit: q̄ q̄dā volētes dicere de virtute frigidi cō-  
traria dicūt sibi ipsis. dicūt. n. q̄ frigidū: q̄ constringit: et  
nō p̄t̄ facillr trāsire p̄ poros habēs figuram aptā ad hoc  
est magnaz partium s̄m q̄ h̄. quare palā q̄ calidūz cō-  
trarium eius p̄trāsibit per pores facillr acutā habens  
figurā. q̄ contrariorum sunt contrary effectus: tale aut̄ s̄m  
q̄ huiusmodi subtilium partium est: quare manifestū est  
q̄ calidū et frigidū: determinabunt̄ et differēt adinuicē  
magnitudine: et nō per figurā: cui⁹ triūm dicūt. Item si  
dicat̄ q̄ pyramides inequales sunt: quedaz q̄dez magne:  
quedaz vero parue: sicut plato videt̄ sentire: magne qui-  
dem nō erūt ignis determinatiue: s̄ triū: neq̄z cā eius q̄d  
est cōburere: s̄ contrary: puta eius q̄d est ifrigidare. parte  
aut̄ erūt determinatiue ignis. et causa combustionis. qua-  
re frigidū et ignis determinabuntur magnitudinibus  
q̄busdam: et nō figuris: cuius triūm dicūt: vt p̄us dictum  
est. ¶ Deinde cum dicit.

77. **¶** Quod quidē igit̄ nō figuris differāt elemē-  
ta manifestū ex dictis. ¶ Quoniā at̄ p̄p̄rissime  
differētie corporū q̄ secundū passiōes et opa et  
virtutes: vniuscuiusq̄. n. eē dicimus et eoz q̄  
natura et opera et passiōes et virtutes. Pri-  
mum vtrūq̄z erit de his dicendum: vt cum con-  
siderauimus hoc: sumamus vniuscuiusq̄z ad  
vnumquodq̄z differentias.

¶ Recolligit dicta dādo it̄eriones suā respectu dicēdo:  
ruz: dicēs q̄ q̄dē igit̄ elemēta nō determinātur: neq̄z dif-  
ferūt figuris manifestū est ex dictis: s̄ qm̄ p̄pe eoz v̄rie  
sunt vtutes et passiōes et opationes q̄ s̄m illas. vniuscui-  
usq̄z. n. entis s̄m ei⁹ nām sunt passiōes vtutes et opatiōes  
q̄d determinātur: p̄mū cōsiderādū erit de h̄ vtutib⁹ pas-  
sionib⁹ et operib⁹: vt cū cōsiderauerim⁹ de istis appareat  
nobis nā et d̄ria et numerus ipsoz. Quid aut̄ itelligit p̄ h̄  
noia vtutes passiōes et opationes expositū est p̄us.



Incipit liber quartus.  
E graui autem et leui quid est  
vtrunq̄z: et que natura ipsorum  
consideranduz. Et propter quā  
causam habent virtutes his.



Um itentio p̄bi esset in libro p̄cedenti. et isto  
cōsiderare de corporib⁹ simplicibus mobili-  
bus motu recto s̄z q̄ huiusmodi: in quibus  
solū est ḡnatio et corruptio. Postq̄z determi-



nauit q̄ sunt aliqua talia corpora. & q̄ non infinita: neq̄  
vnum: s̄ plura & finita. Adhuc autē q̄ sunt ḡnabilia. & ex  
se inuicem nō per segregationē: nec trāffigurationē: nec  
resolutionē ad figuras: sicut antiq̄ posuerūt: redit nūc ad  
cōsiderādum de his s̄ q̄ mobilia sunt motu recto: i libro  
de ḡnitione determinaturus: que & quot sunt determina  
te. & qualr ex inuicē generent: mobilia autē sunt motu per  
grauitatē & leuitatē que sunt passiones & virtutes ipsoꝝ  
p se. & iō itēdit nūc cōsiderationem facere de graui & leui:  
& differētys & accidentibus ipsoꝝ: s̄m q̄ h̄s. Et p̄io circa  
hoc p̄mittit itētionem suā & ordinē cōsiderādi. Sc̄do cuz  
dicit. Dicit autē hoc. Prosequitur. Circa p̄mum p̄mo p̄mit  
tit itētionem suā. Sc̄do cū dicit. Vidētes igit. Ordinem  
cōsiderādi. In p̄ma parte facit q̄ dictum est. Sc̄do cum  
dicit. Est. n. que de ipso. rōnem assignat. Circa p̄mū dicit.  
quoniam itēdimus cōsiderare de corporib⁹ simplicibus  
mobilib⁹ motu recto s̄m q̄ h̄s. q̄ mobilia sunt h̄s motu  
grauitate & leuitate: cōsiderandū est de graui & leui. s̄ qd  
sit vtrūq̄ ipsoꝝ q̄tum ad rōnem que signatur p nomen  
& que natura ipsoꝝ: quā signat: diffinitio indicans qd est  
eē s̄m veritatē. & pp quā cām elemēta habent h̄s vtutes  
& itēdit cām finalē que est ipsoꝝ operatio vel mot⁹. cu  
iuscūq̄. n. est aliquod op⁹: ipm ē grā opis: sicut dicebat in  
sc̄do hui⁹. C̄ Deinde cū dicit.

**C** Est. n. que de ip̄is contēplatio bis q̄ de mo  
tu sermonibus propria. **C** Graue. n. & leue in  
posse moueri p̄physicē alitqualiter dicim⁹. Acti  
ctibus at̄ noīa ipsoꝝ nō ponūt: nisi siqs putet  
inclinatiōē esse talē: propter autē p̄physicū esse  
negociū de motu. Hec autē h̄re in se ip̄is velut  
suscitantia q̄ motus. Omnes quidez vtuntur  
virtutibus ipsoꝝ: verū tamen non determina  
uerunt preter pauca.

**C** Assignat rōnem intēti dicēs q̄ bene cōsiderādum est  
de graui & leui b̄ic: qm̄ consideratio de ip̄is ptinet pp̄ie  
ad cōsideratiōē de motu: diffiniūtur. n. per posse moue  
ri naturalr aliquo motu s̄ q̄ dicim⁹. Dico autē impossibile  
moueri alitqualr: qm̄ pp̄ys operationib⁹ ipsoꝝ non sunt  
pp̄ia nomina ip̄osita: sicut operatio calidi calefactio no  
minat & frigidū ifrigidatio: nisi forte aliqs opationē eoz  
cōmunē dicat eē inclinatiōē ad motum rectū. & determi  
nate op⁹ grauis inclinatiōē ad motum grauis deorsuz.  
leuis autem ad motū rectum sursum. cōsideratio autē de  
p̄ncipys ptinet ad cōsiderationem de p̄ncipiato s̄m q̄  
h̄s. cōsideratio v̄o de motu n̄alis est. & p̄pter hoc. qz nego  
cium de motu p̄physicū est. p̄physicus. n. cōsiderat n̄az mo  
tus per se: graue autē & leue habēt in se p̄ncipia motus na  
turalis: oēs naturales vtūtur ip̄is i reddēdo causas appa  
rentium: pauca tamen determinant de ip̄is: rationabilr  
igit in naturalibus cōsiderandum est de his: sicut p̄po  
sitū est. C̄ Deinde cū dicit.

**C** Videntes igitur p̄mū ab alijs dicta & di  
squirentes quecunq̄ ad cōsiderationē hanc  
diuidere necessariuz. Sic & quod videtur no  
bis dicamus de ip̄is.

**C** Dat ordinem cōsiderādi dicēs. q̄ cōsiderātes de ip̄is  
p̄mo cōsiderabim⁹ dicta ab alijs disgrētes rōcinando de  
oibus que necessariū est distinguere ad hanc considera  
tionem: consequenter autem determinabimus de eis se  
cundum q̄ rōnabilr videbit nobis. Deinde cū dicit.

**C** Dicit autē hoc quidē simpliciter graue & le  
ue: hoc autē ad altez. Habentis. n. grauitatē di

cinus hoc qdē esse lentus: hoc autē graui⁹: pu  
ta ligno es. **C** De simplr qdē igit d̄cis nihil d̄cū  
est ab his q̄ p̄i⁹. **C** De his autē q̄ ad altez nō qdē  
dicūt qd est graue & qd leue: sed qd grauius &  
qd leui⁹ in habentib⁹ grauitatē.

**C** Proseq̄. Et circa hoc p̄mo p̄mittit qd dicim⁹ graue &  
leue: qd ōz p̄suppōere i oī rōcinatiōe. & cū dicit. Eoz itaq̄.  
Determinat de ip̄is. Circa p̄mū. p̄ distinguit graue & leue. &  
cū dicit. Magis autē. p̄mittit q̄sdā suppōnes. Tertio cū  
dicit. Simplr qdēz. Cōcludit diffōnes ip̄oz. In p̄o pte dicit  
q̄ graue & leue d̄nr duplr. Uno. n. mō d̄r graue simplr ni  
hil h̄is leuitatis. & leue simplr qd nihil h̄z grauitatis. alio  
at̄ mō i respectu ad altez: s̄ q̄ habētū grauitatē hoc di  
cim⁹ leui⁹ alio: s̄c lignū ere: h̄ at̄ graui⁹ eōrio: s̄c es ligno  
De graui igit & leui simplr nihil d̄cūmātiū ē ab antiq̄: s̄  
tū de his q̄ d̄nr i respectu ad altez. & d̄ bis nō determina  
uerūt qd sit graue vl̄ leue. & a q̄b⁹ op̄atiue d̄nr: s̄ qd gra  
ui⁹ vl̄ leui⁹ i h̄ntib⁹ grauitatē: p̄nter supponētes oīa corpa  
simplicia grauitatē h̄r: tū s̄z magis & min⁹. Deīn cū dicit.

**C** Magis at̄ erit māifestū quod dicimus sic.  
Nec quidē. n. semper nata sunt a medio ferri.  
Hec autē semper ad mediū. Hoz autē qd̄ qui  
dem a medio ferē: sursum dico ferri. **C** Deorsuz  
autēz quod ad mediū.

**C** Proponit quasdam suppōnes. qz. n. graue & leue diffi  
niūtur p moueri sursum & deorsū: pponit qd appellat ista  
p̄mo. Sc̄do cū dicit. Incōueniēs autē. Remouet errozes  
quozūdā. In p̄ma parte dicit q̄ distinctio grauis & leuis  
simplr & in respectu: magis erit manifesta supponēdo ea  
q̄ dicent: q̄ sunt manifesta ad sensum. p̄mo qdē. qz eoz q̄  
mouent quēdā mouent semp a medio. Alia autē semp ad  
mediū. hoc. n. sensus docet. & q̄ ea q̄ ferūtur a medio:  
dicim⁹ sursum ferri. Illa autē q̄ ad mediū deorsum. & hec  
sunt nobis visa. & a pl̄ib⁹ cōfessa. C̄ Deinde cū dicit.

**C** Incōueniēs autē nō putare aliqd eē in celo:  
hoc qdē sursum: hoc autē deorsuz: quēadmodū  
qdā dignificāt. Nō. n. eē hoc qdē sursum: hoc  
autem deorsum dicit: siquidē ad omnem par  
tem simile est & vndiq̄ antipos erit ambulās  
vnusquisq̄ ipse ip̄s.

**C** Remouet errozē circa hoc. Quidā. n. dixerūt q̄ nihil  
est sursum vel deorsum simplr: p qd̄ remouēt qdā dicta.  
p̄mo igitur proponit errozē istū. & cū dicit. Nos at̄ to  
tius. Remouet ip̄m. Dicit q̄ p̄mo q̄ rōnes est credere q̄  
nō sit in celo. i. i mūdo aliqd sursum simplr: aliqd at̄ deoz  
sum: s̄c aliq̄ accipiūt: vt dignitatē quādā. p̄mo qdē ana  
ximāder & democrit⁹ q̄ vniuersum ifinitū ponebāt. In  
finito autē nihil est sursum aut deorsuz. In ip̄o. n. nihil est  
vltimū: sursum at̄ & deorsum determinant p vltia. Post  
hoc autē & pl̄o in thymeo q̄ dixit: cū vniuersuz sit spericū:  
locū quēdā deorsum: hūc at̄ sursum dicere nō sapiētis ē  
Rō autē eius fuit qm̄ in eo quod simile est per totum: nō  
est assignare sursum & deorsum. qz sursum & deorsuz sunt  
p̄ria. & cōtraria nō sunt similia. Vniuersum autē ad oēm  
partē simile est. cuius signū dicebat: qm̄ gl̄ibet ambulās  
per circuitum terre pōt sibi fieri antipos: simlr se habēs  
ad totū vniuersum nūc & p̄us. quare nō est aliqd sursum  
& deorsum. Nō est. n. rō p̄pter quā magis illud qd est sub  
pedib⁹ nostris totū vsq̄ ad celum sit deorsum. & q̄ supra  
caput: vsq̄ ad ip̄m sursum. Dicit at̄ antipos ab anti qd est  
contra: & pes: quasi pedes habens contra pedes. C̄ Deinde  
cum dicit.



¶ Nos autem totius extremū sursū dicim⁹ qđ ꝛ secundū positionē est sursū ꝛ non pri-  
mum. ¶ Quoniā autē est aliquid celi extremū  
ꝛ medium: palam qđ erit ꝛ sursū ꝛ deorsū.  
Quod quidem ꝛ multi aiunt: verū tamen non  
sufficienter. Huius autē causa quia putant non  
simile esse vndiq; celū sed vnū esse solū quod  
super nos hemispheriū. Quoniā quidem existi-  
mantes ꝛ in circuitu tale ꝛ medium similiter  
habere ad omne: hoc quidē sursū dicent eē.  
Quod autē medium deorsū.

¶ Remouet errorem istum dicens: qđ nos supponimus  
ecōtrario extremū celi ad nos sursū esse: qđ sūm positio-  
nem istud sursū est ꝛ sūm naturam ꝛ causalitatem p̄mū.  
Ab illo. n. est principium esse ꝛ motus bis que sunt post.  
sursū autem est prius natura respectu deorsū: sicut ꝛ  
dextrum respectu sinistri. Deorsū autē dicimus extre-  
mum a nobis quod vltimum est sūm positionem ꝛ natu-  
ra postremum. Quia igitur manifestum est qđ est in natu-  
ra aliquod extremum celi ad nos ꝛ ali quod mediū ipsi-  
us: omne. n. sphericum mediū habet: manifestus est qđ erit  
aliquid sursū ꝛ deorsū in mundo: sicut quidam dixe-  
runt: quibus non sufficienter: quoniam non putauerunt ce-  
lum esse sphericū vndiq; sed solū vnū hemispherium quod  
supra capita nostra est quod cōtinue nobis apparet: tanq̄  
existimarēt tale hemispiū circulare. ꝛ mediū in quo sum⁹  
similiter se habere: dicentes celum sursū esse: medium  
autem deorsū. Manifestum est autem qđ non intelli-  
gunt perfecte quid est extremum: nec quid est medium:  
nihil enim prohibet aliquid esse sursū: aliquid deorsū  
secūduz naturam: ꝛ hoc quidem accepit aristo. ex cōsuetu-  
dine multorum: quaz voluit alienare plato aut neglexit.  
Ratio autem que mouit platonem non concludit: verū  
enim est qđ in bis que sunt similia sūm qđ h̄. non est assi-  
gnare sursū ꝛ deorsū: sed qđ assumit partes vniuersi si-  
militudinem habere veritatem nō habet. Quia. n. extremū  
celi ad nos ꝛ medium mundi sint contraria ostendit con-  
trarietates motuum naturalium factorū ad ipsa: ꝛ diuer-  
sitate corporū naturaliter locatorum in eis. Ipse autem  
imaginabatur ꝛ male qđ deorsū dicere: quicquid est sub  
pedibus nostris vsq; ad concavū celi: sursū autē quod  
supra capita nra ē: nos autē nō sic dicim⁹: s; dicim⁹ sursū vlti-  
mum celi vndiq; sūm concavū: mediū autē mūdi vndiq;  
deorsū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Simpliciter quidē igitur leue dicimus qđ  
sursū fertur ꝛ ad extremum. Graue autē qđ  
simpliciter deorsū ꝛ ad mediū: ad aliud au-  
tem leue ꝛ leuius: aut duobus habētibus gra-  
uitatem ꝛ molem equalem deorsū fertur al-  
terum natura velocius.

¶ Infert ex dictis diffinitionem grauis ꝛ leuis simplici-  
ter. ꝛ in respectu: dicens: qđ sic igitur cum illud qđ fertur  
a medio sursū feratur: leue autem a deorsū videam⁹  
sursū ferri: si non prohibeatur: leue simpliciter dicimus  
quod sursū fertur ꝛ ad extremum sūm naturam: graue  
autem simpliciter qđ fertur ad medium ꝛ deorsū: leue  
autē ꝛ leuius qđ de duobus habentibus leuitatem differē-  
tem sūm plus ꝛ minus ꝛ eandem q̄tatem velocius ferē  
sursū natura. Graue autem ad alterum seu grauius qđ  
de duobus habentibus grauitatem consimiliter differen-  
tem sūm plus ꝛ minus ꝛ eandem molem natura velocius  
fertur deorsū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eorum itaq; qui prius venerunt ad eā que  
de bis considerationē fere plurium de sic gra-  
uibus ꝛ leuibus dixerunt solis quibuscūq; ha-  
bentibus grauitatem alterum est leuius. Sic  
autem pertranscentes putant determinatum  
esse: ꝛ de simpliciter leui ꝛ graui. Ratio autē  
ipsis non congruit. ¶ Palam autem erit hoc  
magis procedentibus.

¶ Prosequitur de graui ꝛ leui. Primo tangēs opiniōes  
aliorum ꝛ disquirens de eis. Scđo cum dicit. Nos autē  
dicimus: sūm opinionem suam sicut predixerat. Circa pri-  
mum primo tangit cōmunem defectum antiquorū de  
grauibus ꝛ leuibus. Scđo cū dicit. Dicūt. n. grauius: ponens eo-  
rum opiniōes inquit de eis. In prima parte dicit qđ an-  
tiqui omnes qui primi venerunt ad considerandū de gra-  
ui ꝛ leui serenibil dixerunt de graui ꝛ leui simpliciter: sed  
de grauib⁹ ꝛ leuib⁹ sic. i. in respectu solū. quādoq; ita  
se habent qđ pluribus habentibus grauitatem alterū est  
grauius vel leui⁹ altero. supposuerunt. n. omnia elementa  
grauitatem aliq; habere: ꝛ determinātes transeundo de  
grauibus ꝛ leuibus sic: crediderunt se determinasse de  
grauibus ꝛ leuibus simpliciter: sed sermo vel ratiocinatio de istis  
non congruit illis omnino. Et hoc magis manifestus erit  
ponentibus opiniōes ipsorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicunt. n. leuius ꝛ grauius hoc quidē quē-  
admodum in Thymeo existit scriptū. Graui-  
us quidem quod ex pluribus eisdem constās.  
Leuius autē quod ex paucioribus: quemad-  
modum plumbus plumbo plus grauius ꝛ es-  
ere. Similiter autem ꝛ aliorum que eiusdem  
speciei vnumquodq;. In superabundantia. n.  
equalium partium grauius vnumquodq; est:  
eodem autem modo ꝛ ligno plumbus aiunt:  
ex quibusdam. n. eisdem esse omnia corpora ꝛ  
vnius materie alterius videri.

¶ Inquit de opiniōib⁹ magis determinate. Et primo  
de opiniōe platōis. Scđo cū dicit. Dis autē nō sufficiēs: de  
opiniōe democriti ꝛ leucippi. 3<sup>o</sup> cū dicit. Silr at accidit.  
de opiniōe quorūdā qui determinauerūt eā magnitudi-  
ne ꝛ puitate. Circa p̄mo p̄mo p̄mō opiniōe platōis in thy-  
meo. 2<sup>o</sup> cū dicit. Sic autē determinatis: increpat eā. In p̄-  
pte dicit qđ qđā antiquorū determinauerūt graui⁹ ꝛ leui⁹  
sic scriptū est a platone in thymeo. trib⁹. n. ex trib⁹ elis aq̄  
.s. ꝛ aere ꝛ igne ex inuicē generatis ꝛ determinatis per fi-  
guras: aq̄ quidem icocedron. i. figura viginti basium: ae-  
rem aut octocedron: que est figura octo basium: igneꝛ vō  
pyramide que soluitur in figuras superficiales p̄mas. pu-  
ta in triangulos quos dicimus scalenon: dixerunt qđ cor-  
pus quod constat ex pluribus eisdē triangulis grauius  
est: quod autem ex paucioribus leuius: determinātes eā  
multitudine ꝛ paucitate triangulorū: quemadmodum  
nos dicimus qđ plumbū qđ constat ex plurib⁹ superfic-  
bus grauius est qđ ex paucioribus cōstat: ꝛ silr es ere: ꝛ  
cōsilr se h̄ in omnib⁹ qđ sūt vni⁹ speciei. In superabūdan-  
tia. n. partium equaliū puta triangulorū vnū est grauius  
alio: silr autē ꝛ in his qđ sunt alteri⁹ speciei: plūbū. n. est gra-  
uius ligno: qđ ex plurib⁹ trigōis cōponit: omnia. n. corpo-  
ra h̄ aliq; eadem cōmunia habēt ex qb⁹ sūt: habēt. n. ali-  
qđ vnam materiam alteram ꝛ priorē ipsis. Sic igitur gra-  
uius ꝛ leuius determinauerunt multitudinem ꝛ paucitatem  
triangulorum. ¶ Deinde cum dicit.



Sic autem determinatis non est dictis de simpli-  
 ceter leui et graui. **C** Hic. n. ignis semp leuis:  
 et sursus fertur: terra autem et terrea omnia deorsus  
 et ad medius. Itaque non propter paucitatem  
 triangulorum ex quibus constare aiunt unum  
 quodque ipsorum: ignis sursum ferri natus est.  
 Quod quidem enim utique plus minus ferretur:  
 et grauius utique esset ex pluribus ens trigonis.  
 Nunc autem videtur contrarium. Quanto enim uti-  
 que sit plus: leuius est: et sursus fertur velocius.  
 Et a sursus autem deorsum paucus fertur citius  
 ignis: multus autem tardius.

**C** Increpat eam per duas rationes: quarum scilicet ponit: cum dicit.  
 Adhuc autem quoniam pauciora. Circa primum dicit quod cuius sit determi-  
 natum de ipsis puta grauius et leuius in respectu. non est de-  
 terminatum de graui et leui simpliciter: quia sunt priora secundum  
 rationem illis: videmus. n. quod ignis maior et minor ex his: leuis est  
 simpliciter et sursum mouetur non prohibetur. similiter et terra  
 et ea que sunt terrea a deorsum grauius sunt simpliciter et deorsum  
 mouetur et ad medius: nisi fuerit prohibens: quare manifestum  
 est quod ignis non est natus moueri sursus propter paucitatem trian-  
 gulorum: ex quibus dicitur ipsius componi. Si. n. corpus aliquod sit grauius  
 et leuius multitudinem et paucitatem superficies tunc illud quod est maius  
 cum ex pluribus componatur grauius erit: et minus feretur sursus: de-  
 orsus autem velocius. Ad id autem cum ex paucioribus sit leuius  
 erit: et velocius feretur sursum. nunc autem trium apparet nobis  
 ad sensum: quod n. ignis et ignea corpora maiora fuerint tan-  
 to leuiora sunt et feruntur sursus velocius. Et quod ignis mi-  
 nor fuerit: tanto citius feretur deorsum: et quod maius tardi-  
 us: terra autem et terrea corpora contrario: quod n. maiora fue-  
 rint tanto velocius deorsum mouentur: et quod minora tanto  
 facilius pelluntur sursum: quod terra et ignis et alia huius non sunt gra-  
 uia et leuia propter multitudinem et paucitatem superficiei  
 rum solum. **C** Deinde cum dicit.

Adhuc autem quoniam pauciora quidem habes  
 omogenea leuius esse dicunt: plura autem gra-  
 uius. Aerem autem et aquam et ignem ex eisdem esse  
 triangulis: sed differre paucitate et multitudine:  
 propter quod hoc quidem ipsorum esse leuius:  
 hoc autem grauius erit aliqua multitudo aeris que  
 grauior aqua erit. Accidit autem totum contrarium.  
 Semper. n. plus aer sursum feretur magis: et to-  
 taliter quelibet pars aeris sursus feretur ex aqua.  
 Hi quidem igitur hoc modo de leui et graui de-  
 terminauerunt.

**C** Ponit scilicet dicens: quod adhuc quoniam secundum opinionem istor-  
 rum corpus quod componitur ex paucioribus superficiebus ho-  
 mogeneis leuius est: quod autem ex pluribus grauius: et aqua et aer  
 et ignis sunt ex eisdem triangulis primis omogeneis in quos  
 resoluuntur secundum plus et minus: et ideo aliquod ipsorum est leuius:  
 aliquod autem grauius: ut dicunt. sequitur quod erit aliqua multitudo  
 aeris que erit grauior aliqua aqua: aliqua. n. magnitudo aeris  
 ex pluribus triangulis primis componitur quod aqua in mino-  
 ri quantitate: nunc autem trium apparet nobis ad sensum. semper  
 enim aer maior velocius sursum feretur et vltima quelibet pars ae-  
 ris ex loco aque mouetur sursum: et aqua et quelibet pars  
 aque ex loco aeris deorsum. ergo manifestum est quod gra-  
 uius et leuius non determinatur multitudine et paucitate  
 triangulorum: sic quidem igitur quidam determinauerunt  
 de graui et leui. **C** Deinde cum dicit.

Hic autem non sufficiens visus est sic distingue-  
 re: sed equidem existentes antiquiores ea que  
 nunc etate magis nouiter intellexerunt de nunc  
 dictis. Videtur. n. quedam mole quod est minora cor-  
 porum entia autem grauiora: palam igitur quod non suffi-  
 ciens dicere ex equalibus componi primis que  
 eque grauius: equalia. n. utique essent mole. **C** **P**ri-  
 ma autem et indiuisibilia superficies dicentibus ex  
 quibus constat grauitatem habentia corporum inconue-  
 niens dicere: quibus autem solida magis contingit  
 dicere maius esse grauius ipsorum.

**C** Transit ad opiniones leucippi et democriti: quam primo  
 ponit comparando ad eam que platonis: scilicet cum dicit.  
 Necessarium autem apponere. Improbatur eam. Circa primum  
 primo ponit opinionem ipsorum de grauitate comparando  
 ad eam que platonis: scilicet cum dicit. Compositorum autem. Ponit opi-  
 nionem eorum de leuitate. Circa primum dicit quod quibusdam aliis non  
 videtur sufficiens esse sic determinasse de graui et leui. puta  
 democrito et leucippo: qui antiquiores existes et prius venientes  
 ad considerandum de eis magis nouiter. i. certi et circumspe-  
 ctius dixerunt de ipsis que precedentes. Ponentes. n. prima prin-  
 cipia corporum esse corpora quedam indiuisibilia et solida. huius so-  
 lida venientia in compositionem aliorum dixerunt esse eam gra-  
 uitatis et leuitatis in eis. Et quod certius dixerunt que preceden-  
 tes apparet ex hoc. videmus. n. quedam corpora minoris quan-  
 titatis existia grauiora esse quibusdam maioris molis si-  
 cut plumbum ligno: et terra que aqua. Et ideo manifestum  
 est quod non est sufficiens dicere quod eque grauius sunt que ex  
 equalibus primis componuntur secundum quantitatem: tunc enim  
 equalia secundum quantitatem essent eque grauius. Dicentibus au-  
 tem superficies indiuisibiles primas esse principia ex qui-  
 bus componuntur habentia grauitatem secundum quod huius. contingit  
 hoc inconueniens dicere quod est ad sensum. Illi autem qui dicitur  
 corpora indiuisibilia solida sunt eam ipsius magis potest enita-  
 re predictum inconueniens et magis assignare causas: propter  
 quam quod est minus in quantitate contingit esse grauius aliqui. Isti. n. po-  
 nunt eam corpora indiuisibilia grauitatem habentia. Illi autem  
 superficies nullam partem habentes grauitatem. Et magis potest redde-  
 re causas que minoris sunt quantitate aliquando grauiora sunt: sicut  
 iam apparebit cum ponetur causa quam assignauerunt de leui-  
 tate. **C** Deinde cum dicit.

**C** Compositorum autem quoniam non videtur nunc  
 unum quodque habere modum: sed multa grauiora  
 videmus minora mole entia: que admodum  
 lana es. **C** Alteram eam putat: et dicit quod  
 vacuum. n. interceptum alleniare corpora autem:  
 et facere est quando maiora leuia: plus. n. habe-  
 re vacuum: propter hoc enim et mole esse ma-  
 iora composita multotiens ex equalibus soli-  
 dis et minoribus. Totaliter autem et omnis cau-  
 sam esse leuioris plus inesse vacuum. Dicunt  
 quidam igitur hoc modo.

**C** Ponit opinionem de causa leuitatis dicens: quoniam nos vi-  
 demus in corporibus compositis quod maiora vltima non sunt gra-  
 uiora nec equalia secundum quantitatem: sed videmus multo minora secundum  
 quantitatem grauiora: que admodum es que lana: et plumbum que li-  
 gnum. id est preter causas predictas crediderunt et dixerunt esse ali-  
 am eam leuitatis puta vacuum interceptum. Cum. n. ponerent  
 duo principia corporum compositorum: plenum. scilicet et vacuum: plenum  
 dixerunt esse causam grauitatis: vacuum autem leuitatis. Et  
 propter hoc contingit quod maiora sunt quantitate leuiora sunt



plus.n.habent vacuum interceptus: propter hoc.n. leuio-  
ra sunt. Et etiā qz maiora multoties sūt ex equalibus soli-  
dis: vel etiam minoribus. Et vlt causas leuitatis maioris  
dnt esse vacuū inexistentis. Sic igitur isti enūclauerūt de  
eo qd est graui⁹ ⁊ leuius. ¶ Deinde cum dicit.

25. ¶ Necessesse autem apponere sic determinanti-  
14. bus non solum vacuum habere plus: si sit le-  
uius: sed ⁊ solidum minus. Si enim excedat  
tali analogia: non erit leuius: propter hoc ⁊  
ignem esse aiunt leuiorē: quia plurimuz habet  
vacuum. Accidet igitur modico igne multuz  
aurū plus habens vacuū esse leuius: si nō ⁊ so-  
lidū habebit multo plus: quare hoc dicēdū.

¶ Improbatur predictam opinionem: ⁊ primo ostendit qz  
insufficiens est ⁊ indiget appositione: scdo cū dicit. Quidā  
quidem igit: reprobatur eam qz falsa. In prima parte dicit  
qz non est sufficiens dicere solidū in corporibus plus esse  
cām grauitatis maioris: ⁊ vacuū plus maioris leuitatis:  
sed necesse est apponere ⁊ determinare dicendo qz nō so-  
lum plus de solido habere est causa grauioris: sed habere  
plus de solido ⁊ minus de vacuo. Et etiam leuius non est  
simpliciter qd plus habet de vacuo: sed cum hoc qz min⁹  
habet de solido. Si.n. excedat a tali analogia: ita scilicet qz  
non habeat minus de solido: sed etiam plus habet de va-  
cuo: non erit tale leuius. Manifestus est enim qz dicunt  
ignem esse leuiorem: qz plus habet de vacuo intercepto.  
Si igitur non apponatur plus. s. minus habere de solido  
sequitur qz multum aurum cuius plus habeat de vacuo in-  
tercepto leuius erit igne modico: si non dicamus qz ignis  
modicus plus habeat de solido: qd non videtur. hoc autē  
inconueniens est. ergo apponendū est qd dictum est: qz cā  
leuioris est non solum plus habere de vacuo: sed minus  
de solido. ¶ Deinde cum dicit.

25. ¶ Quidam quidez igitur non dicentium esse  
15. vacuum nihil determinauerunt de leui ⁊ gra-  
ui: puta Anaxagoras ⁊ Empedocles. Qui  
autem determinauerunt quidez non dicentes  
autem esse vacuū nihil dixerunt propter quid  
hec quidez simpliciter leuia: hec autēz grauia  
corporū: ⁊ feruntur hec quidē semper sursum:  
hec autem deorsum. Adhuc autē de eo qz que-  
dam maiora mole entia leuiora corporib⁹ sint  
minoribus: nihil recordati sūt: neque manife-  
stum qualiter ex dictis confessa apparentibus  
accidet dicere ipsos.

¶ Reprobat eam qz falsa est. Et primo resumit quedaz  
dicta contra platonem cum accusatione ⁊ distinctiōe ma-  
iorum: secūdo cum dicit. Necessariuz autem ⁊ de ignis le-  
uitate ponit reprobationem. Circa primum dicit. qz qui-  
dam eorum qui non posuerunt vacuum: sicut emp. ⁊ ana-  
xagoras nihil oīno determinauerūt de graui ⁊ leui. Quidā  
autē non ponentes vacuū sicut plato ⁊ sequentes ipsuz de-  
terminauerūt de eis: non quidem ppter quid qdam sunt  
simpliciter grauia: quedā sunt simpliciter leuia: ⁊ ppter  
quid quedam simpliciter ferunt deorsum: ⁊ quedaz sim-  
pliciter sursum: nec iterum recordati sunt: propter quam  
cām quedā maiora sūt qz tates sint leuiora quibusdam  
minoribus: nec etiam manifestum est ex dictis eoz quō  
saluare apparentia ad sensum. ¶ Deinde cum dicit.

25. ¶ Necessariuz autem ⁊ de ignis leuitate cau-  
16. santibus multuz vacuum habere fere in eisdē

retineri difficultatibus. Adhuc quidez enim  
habebit solidū alijs corporibus ⁊ vacuū plus.  
Sed tamē erit quedā ignis multitudo in quo  
solidū ⁊ plenu excedūt cōtenta solida in quadā  
modica multitudine terre.

¶ Ponit reprobationem. Et primo ostendit qz eadez incō-  
uenientia accidit istis que ⁊ platonē: scdo cū dicit. Incon-  
ueniens autē ⁊ si ppter vacuū: declarat qdam ppria cōse-  
qui ips. Circa primū primo tangit incōuenientia que ac-  
cidūt istis si ponant solidū solum esse cāz grauis ⁊ leuis:  
scdo cum dicit. Si autē dicit: que accidūt si apponatur va-  
cuū. 3. cum dicit. Sed adhuc: ea que accidūt si apponant:  
sūt analogiā aliqz. In pma parte dicit qz dicētib⁹ cāz le-  
uitatis ignis esse multum vacuū interceptum accidunt  
eodem difficultates fere que ⁊ platonē: si.n. causa leuita-  
tis ignis sit multum vacuum oportebit ipsum minus ha-  
bere de solido ⁊ plus de vacuo qz alia corpora: sicut ta-  
ctum fuit. continget esse qdam magnitudinem ignis ex  
qua plenum excedit solida contenta: non.n. potest dici qz  
solidum solum sit causa h⁹ aut etiaz grauitatis: sed tamē  
qz contingit esse quandam magnitudinem ignis in qua  
plenum excedit solida contenta in parua qz tate terre:  
quare si solum sol. dum sit causa grauitatis ⁊ motus deor-  
sum: magnus ignis grauior esset ⁊ velocius mouebit deor-  
sum qz modica terra: hoc autem est inconueniens. ergo ⁊  
primum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autēz dicant ⁊ vacuū: quomodo deter-  
minabunt simpliciter graue. Aut enī per plus  
solidum habere: aut per minus vacuū. Siqui-  
dem igitur hoc dicunt: erit quedaz multitudo  
terre sic pauca: in qua soliduz erit minus qz in  
magna multitudine ignis. Similiter autē ⁊ si  
vacuo determinauerunt: erit aliqd leuius sim-  
pliciter leui ⁊ lato semper sursum: quod fertur  
semper deorsum: hoc autem impossibile: sim-  
pliciter enīz leue semper leuius habētib⁹ gra-  
uitatē ⁊ deorsum latis. Quod autē leuius non  
semper leue propter dici ⁊ in habētib⁹ grauita-  
tē alteruz altero leuius puta terra aquaz.

¶ Tangit inconueniētia que accidunt si apponant vacu-  
um cum solido dicens: qz si dicant qz non solum plenum  
est causa leuis ⁊ grauis: sed etiaz vacuum: querendus est  
ab ipsis propter quid determinabitur simpliciter graue  
⁊ leue. vtrum per solidum plus aut per minus vacuū:  
graue. s. ⁊ leue aut per oppositum. Si quidem igitur leue  
determinetur per minus habere de solido continget: esse  
multitudinem quandam terre adeo paucam qz in ipsa  
erit minus de solido qz in magna qz tate ignis. Simili-  
ter si determinetur per vacuū continget esse aliqz qz tate  
terre magnitudine magnā in qua est plus de vacuo  
qz in parua qz tate ignis. Quare sequetur qz parua terra  
esset leuior magno igne: si quidez leue determinetur per  
minus habere de solido. Et qz magna terra sit leuior ma-  
gno igne si determinet leue p plus de vacuo. Cū igitur ignis  
maior ⁊ minor sit leuis simplr: ⁊ terra grauis: erit aliqd  
graue simplr: ⁊ qd fertur deorsum semper. ⁊ erit aliqd le-  
ue simpliciter ⁊ qd semper mouetur sursum: simpliciter.n.  
leue leuius est oib⁹ hntibus grauitatem ⁊ motum deor-  
sum: qd autē est leuius aliquo nō est semper simpliciter le-  
ue: qz leuius dicit aliqd altero in habentibus grauitatē:  
sicut in terra ⁊ aqua: dicimus.n. aquam leuiorem terra.  
ergo impoē est leue diffiniri per minus hntē d solido: aut



plus de vacuo. Eodē mō pōt pbari q̄ graue nō determi  
net p plus de solido aut minus de vacuo. ¶ Deī cū dic.

¶ Sed adhuc neq̄ vacuuz analoguz habere  
ad plenum sufficiens solvere dictā nunc dubi  
rationez. Accidet enī z hoc modo dicentib⁹  
similiter impossibile. In pluri enī igne z mi  
nozi eandem habebit rationem soliduz ad va  
cuū. Fertur autē velocius maior sursuz ignis  
minore: z deorsum autem iterū similiter ma  
ius aurū z plumbū. Similiter autem z alioz  
vnumquodq̄ habentis gravitatem. Nō opoz  
tebat autem hoc accidere: si quidem sic deter  
minata sunt graue z leue.

¶ Tangit difficultatē que accidit si dicat̄ plenum z va  
cum fm aliquam proportionē esse causam p̄dictaz pas  
sionū: dicēs. q̄ adhuc dicere q̄ plenu z vacuū inexiētia  
fm aliquam proportionez sunt cā p̄dictaz passionū: gra  
uitatis quidē plus h̄e de solido z minus de vacuo: leuita  
tis plus de vacuo z min⁹ de solido: nō sufficit ad remouē  
dam dictam difficultatem inducentem dubitationem: si  
.n. ista fm rationem dictam sunt cā p̄dictaz passionum  
sequitur impossibile sicut prius: q̄ apparet accipiēdo  
q̄ in maiori igne z minori plenum z vacuum eandem p  
portionem h̄nt: in effectibus. n. vnius ratiōis opz manere  
principia eiusdem rōis z fm rationē vnam: nūc autē vide  
mus q̄ maior ignis velocius mouet sursum q̄ minor: z  
similiter maius aurū velocius deorsum q̄ minus. simi  
liter apparet de plumbo z de vnoquoq̄ alioz h̄ntium  
gravitatem aut leuitatem: nūc autē non esset necesse acci  
dere si plenum z vacuū fm determinatam rationem eēt  
causa gravitatis z leuitatis: in maiori. n. z minori igne sūt  
fm determinatam rationem: quare equaliter leuia etiaz  
mouerentur sursum equaliter: Similiter in maiori z mi  
nozi auro: quare equalia essent in gravitate z mouerētur  
sursum equaliter: hoc autem falsum est z contra sensum:  
ergo z primum. ¶ Deinde cum dicit.

25. ¶ Inconueniens aut graue z si propter vacu  
17. um quidē sursum ferunt: q̄ aut vacuū ipsum  
non. Sed z si vacuum quidem sursuz natum  
est ferri: deorsum aut plenum: z propter hoc  
alijs causa lationis vtriusq̄z nihil de cōpositis  
oportebat intendere propter quid hec quidez  
leuia: hec aut graua corporz. Sed de his ipsis  
dicere propter quid hoc quidē leue: hoc autēz  
habet gravitatem. Adhuc autēz que causa nō  
18. distare plenum z vacuuz. ¶ Irrationabile au  
tem z regionē vacuo facere tanquā non ipsuz  
regio quedā existens. Necessariū autē si quidē  
mouetur vacuū esse ipsius quedāz locū ex quo  
transmutat̄ z in quem. Adhuc autēz que mo  
tus causa. Non. n. vtriq̄z vacuuz: non. n. ipsum  
mouetur solum: sed z solidum.

¶ Tangit incōueniētia accidētia pprie democrito que  
nō accidūt platonī: cōcludens ex dicto eius vnum incon  
ueniēs ex quo deducit ad quinq̄ alia. Dicit igitur primo  
q̄ preter rationem etiam inconueniens est si corpora mo  
ueantur localiter sursum propter vacuum interceptum  
z ipsum vacuum fm se illuc non moueatur: quia propter  
vnumquodq̄ tale z illud magis: quare oportet vt vide

tur q̄ si feratur sursum propter vacuum ipsum similiter  
ferri. Si autē vacuū secundū se sursum natuz est ferri z  
plenum deorsum: z propter hoc sunt causa motus sursuz  
z deorsum: in alijs non oportet multuz intendere circa cō  
posita quare quedam sunt graua quedam autem leuia.  
Illud. n. causa est motus in ipsis sursum z deorsum z gra  
uitatis z leuitatis: sed magis oportebat intēdere propter  
quid hoc. i. vacuum leue sit: hoc aut. s. solidum graue. Ista  
.n. non sunt manifesta ex se. Et hoc est primum inconue  
niens quod sequitur ex primo. Secunduz autēz est: si va  
cuum z plenum actu existentia sint causa passionum h̄z  
que causa est q̄ non separantur ab ipsis sed manent: non  
videtur posse assignari: ex quo. n. nō est aliqua alia forma  
continens ea respectu cuius sint in potētia: sed manēt in  
actu: nihil phibet ea separari ad regiones pprias: sic autem  
non est s̄z Aristotelē de indiuisibilib⁹ in mixto. non. n. in  
sunt actu sed in potentia respectu forme mixti continen  
tis ea z phibentis ea separari. Tertium autē inconueniēs  
tangit dicens q̄ etiā irrationabile est vacuo assignare lo  
cum in quo moueatur. Si. n. assignet̄ ei locus sicut neces  
se habēt ex dictis suis: cum vacuuz sit locus quidem sine  
corpore: sequitur loci esse locum: q̄ est incōueniēs. Quar  
tum tangit dicens: q̄ adhuc si vacuum moueatur fm lo  
cum: oportebit esse locum aliquem in quē transmutetur  
z a quo: z ipsa esse cōtraria: q̄ est impossibile cū vacuum  
infinitū sit: z totum comprehendat. Quintum tangit di  
cens: q̄ adhuc querenduz est que sit causa motus simpli  
citer. oportet. n. aliq̄z dare: sicut nos dicimus naturaz que  
sit causa motus per hoc q̄ mouetur sicut ipsi ponūt: hoc  
autē nō potest esse vacuū solum: q̄ ipsum solum nō moue  
tur: sed ēt plenum: z aliaz aliq̄z non ponunt. ergo inconue  
niens ponunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter autēz accidit z vtriq̄z si aliq̄tis ali  
19. us determinat magnitudie z paruitate faciēs  
grauiora z leuioza altera alteris z alio quocū  
q̄ modo assignans. Solam autē eandem mate  
riam omnibus reddens: aut plures quidez cō  
trarias aut solum.

¶ Reprobat tertiā opinionē q̄ per alia q̄dam dedit cāz  
grauis z leuis. puta magnitudinem z paruitatem z mate  
riam vnam aut contrarias. Et primo proponit: secūdo cū  
dicit. Una q̄dez. n. p̄sequit̄ iprobādo. Dicit igit̄ q̄ eo  
dē modo accidunt difficultates sigs aliter determinet gra  
uioza z leuioza altera alteris q̄ dictum sit. puta magnitu  
dine z paruitate: absolute: vel alio quocūq̄z principio: pu  
ta raritate z densitate: dum tamen eandem materiā: aut  
plures contrarias dicant esse omnium grauium z leuiuz:  
vnam quidem sicut ponentes aerem aut aq̄z aut aliquid  
inter hoc: plures autem sicut ponentes terram z ignē aut  
rarum z densum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Una quidem. n. existēte nō erit simpliciter  
graue z leue: quēadmodum ex trigonis cōsti  
tuentibus. Cōtrarias autē quēadmodū qui va  
cuum z plenu nō erunt intermedia simpliciter  
grauiū z leuiū: propter quā causam grauiora  
z leuioza inuicē z eoz que simpliciter sunt.

¶ P̄sequitur improbando. Et primo tangit inconue  
nientia accidentia ponentibus cām grauis z leuis mate  
riam vnaz vel plures. sc̄do cuz dicit. Magnitudine autē.  
ea que accidunt ponentibus magnitudinez z paruitatē.  
In prima parte dicit q̄ si principium materiale vnu exi  
stens fuerit causa grauis z leuis: puta aer vel aqua vel in  
termediū sic etiā dnt cāz assignātes ex trigonis vt ploni



videtur: non erit simpliciter graue vel leue. Si. n. vna nā est: et ipsa sit grauis tollet leue simpliciter: si autem leuis graue simpliciter: vnus. n. non est causa nisi vnus primo: Si autē plā pncipia mālia dīa sint vacuū et plenu: aut rarum et densius q̄ sint cā grauis et leuis nō erit assignare cāz pp quā corpa itē media simplr grauiū et leuiū qdam sint leuioza qdā grauiora adiūce: qz nec pnt assignare cāz simpliciter grauis et leuis. Nō. n. dant cām pp quā vacuū aut rarū sint leuia simpliciter: dīa at grauia. nec pnt yti rōe. itē nō erit assignare cām pp quā eoz q̄ sūt simplr grauia vnū est graui⁹ altero: puta maior pars terre q̄ minor: min⁹. n. graue opz hē aliqd d cā leuitatis: nec pp quā cāz eoz que sunt simplr leuia vnum est leuius alio similiter.

Deinde cum dicit.

20. **C** Magnitudine autē et paruitate determinare ficto assimilatur maxime eorum que prius. Quod autē cōuenit secundū vnūquodq̄ facere differentias quatuor elementorum: certius habet ad eas que ante dubitatōes.

Improbatur opiones determinatiū graue et leue magnitudie et paruitate. Et pmo ipsas pponit. 2º cū dicit. Unā autem: psequit. In pma pte dicit q̄ dicere graue et leue determinari magnitudie et paruitate. puta grossa vel subtili partialitate vnā mām supponendo fictio magis videt q̄ aliqd p̄dictoz. Qd. n. s̄ vnā mām opionē ptingit facere q̄tuor differentias eoz. s. graue simplr: leue simplr: et graue in respectu: et leue in respectu: cert⁹ et circūspecti⁹ h̄z ad eas. i. in eis q̄ an dubitatōes: possunt. n. aliq̄liter assignare q̄tuor dīas elementorum. Deinde cū dicit.

21. **C** Unas autem facere naturam magnitudie differentiu necessarius hoc ipsuz accidere vnā facientibus materiis. Et neq̄ simpliciter esse nihil leue neq̄ latum sursum: sed aut deficiens aut extrusum.

Profertur iprobatio. Et pōit rōes duas. scđam cū dicit. Et multa pua. In pma pte dicit q̄ dicētib⁹ vnā magnitudinem eē cām grauis et leuis differentiu iūce: necesse est accidere eadē icōueniētia faciētib⁹ mām vnāz q̄ tacta sunt pri⁹. s. nihil eē leue simplr: nec motus sursum: aut nihil graue simplr et latū deorsum. Dia. n. habebūt inclinationez ad motū vnū: si qdēz hnt pncipiū vnū: et sunt nā vnā s̄z eos: et si oīa hnt inclinationē ad motū deorsum nihil feref sursum nā: sed oīa q̄ vident ferri sursum mouebunt tardādo et desinēdo sicut p̄iecta: qdā aut sic extrusa a grauiorib⁹: Sicut si oīa habeāt inclinationē ad motū sursum: nā nihil ferf deorsum nisi deficiens aut extrusum et simplr p violētia: hoc aut icōueniēs est. ḡ et p̄mūz. Deinde cum dicit.

22. **E**t multa pua paucis magis grauiora esse. Si autem hoc erit accidet multū aere et multum igne aqua esse grauiorez: et terra pauca: hoc autē est impossibile. Que qdēz igit ab alijs dicta: hec et hic dicunt modo.

Ponit scđam rōem dicēs: q̄ adhuc multa pauca: hoc est primaz p̄tium paucis magnis. i. grossarum partium grauiora erūt. Ex quo. n. ex eadem nā sunt multa parua: partiu cum his q̄ magnaz eādē inclinationem habebūt ad motū multa pauca sicut pauca magna. Si autē hoc est verum: sequit q̄ multus aer et mult⁹ ignis grauiora sunt terra i parua q̄titate: hoc autē est falsum et cōtra sensum. ḡ et p̄m. Que igit dicta sunt ab alijs de graui et leui hec sūt.

23. **C** Nos autē dicimus primum determinantes de quo maxime dubitant quidā: propter quid

hec quidem sursum feruntur: hec autē deorsum corporoz semper secundū naturā. Hec autē et sursum et deorsum. Post hec autē de graui et leui et accidentibus circa hec passionibus propter quā causaz vnūquodq̄.



ostē p̄bus p̄secutus ē opiones alioz de graui et leui disquirēdo de eis: itēdit nūc de terminare de eis fm intētionē suaz. Et circa hoc primo p̄mittit intētionē suā et ordinē cōsiderādi. Scđo cū dicit. Deferri quidē igit. p̄sequit. In pma pte dicit qm̄ nos intēdim⁹ p̄siderare de graui et leui fm intētionem propriam: cum leue et graue determinētur per motum sursum et deorsum. primo quidē determinabimus de quodam de quo quidāz maxime dubitāt: propter quid. s. quēdam corporum mouētur sursum semper: quēdam autem deorsum fm naturā: alia autem et sursum et deorsum nō simpliciter sed in respectu sicut aqua et aer: deinde autem cōsiderabimus de graui et leui simpliciter et in respectu: quid sunt fm naturas suas: et de accidentibus et passiōibus circa hoc cōtingentibus. s. propter quam causam vnūquodq̄ eoz: accidat: cum. n. determinatum fuerit propter quam causam quēdam mouentur sursum et quēdam deorsum: apparebit via et cā ad cognoscendum causas istorum motuum: et qz manifestum est q̄ graue et leue sunt causa istorum: manifestum erit q̄ cum determinatum fuerit de causa istorum motuum apparebit aliqualiter natura grauitatis et leuitatis.

Deinde cum dicit.

24. **D**eferri quidem igitur in eis qui ipsius loci vnūquodq̄ similiter existimandū: quemadmodum et circa alias generationes et transmutationes. Quoniam enim sunt tres motus: hic quidēz secundū magnitudinem: hic autem secundum speciem: hic autem secundū locū: in vnoquoq̄ horū transmutationez videmus factam ex contrarijs ad contraria et intermedia: et non in contingens a contingente: sed ut alterabile et augmentabile alterum sic et augmentatiūz et alteratiūz eodem aut modo existimandū: et q̄ secundū locū mobile et motiūz non cōtingens cōtingentis.

